APPENDIX LIbellorum ad Thesaurum Græcæ linguæ pertinentium.

DE GRAECAE LINGVAE DIALECTIS, EX ſcriptis Ioannis Grammatici quæ τεχνικὰ fuerunt inſcripta.

Διάλεκτος eſt linguæ ἰδίωμα, id eſt proprietas. Sunt au- A tem dialecti quinque, Attica, Dorica, Æolica, Ionica, Communis. Et Attica quidē vocata eſt ab Atthide Cranai filia: Æolica verò, ab Æolo Hellenis filio. Dorica, à Doro Hellenis filio: Ionica, ab Ione filio Xuthi, qui fuit Hellenis & Creüſæ Erechthei filiæ. Communis autem, quæ ex his quatuor conſtat. Habet autem vnaquæque dialectus proprium idioma.

DE IONICA DIALECTO.

Ionica dialectus illa eſt qua vſi ſunt Iones: hæc autē illis antiqua eſſe videtur. Proprium illius eſt, pro α vti B η, & circumflexas ſyllabas in duas partes diuidere: & pro π, accipere κ: & pro aſpiratis colliſionibus tenues proferre: & è quibuſdam dictionibus ι eximere.

Vtuntur igitur η pro α: vt [quum dicunt] θύρην pro θύραν, & ἡμέρην pro ἡμέραν, & ὠφελείην pro ὠφέλειαν. Circumflexas autem ſyllabas in duo diuidunt, quum pro ποιεῖν dicunt ποιέειν. Pro π, κ accipiunt: πῶς enim κῶς dicunt. Pro aſpiratis ſynalœphis tenues proferunt, quū dicunt pro ἐφίππων ἐπίππων: & pro ἐφορᾶν ἐπορᾶν. Quibuſdā dictionibus ι auferunt, pro πονεῖσθαι, πονέεσθαι C dicentes. Dicta eſt autem Ionica ab Ione filio Apollinis & Creüſæ Erechthei filiæ.

DE ATTICA DIALECTO.

Attica verò dialectus eſt, qua vſi ſunt Athenienſes. Peculiare autem ipſius eſt, affatim vti contractionibus, & dictiones indiuiſim proferre. Præterea verò τ & ρ pro σ ſumere: & υ pro ε: & σ pro ξ.

Contractionibus igitur abundè vtuntur, quum dicūt θοἰμάτιον pro τὸ ἱμάτιον, & φροίμιον pro προοίμιον. Indiuiſim verò nonnullas dictiones proferunt, quum di D cunt πατρῷον pro πατρώϊον: & Νηρῆδα pro Νηρηΐδα. Accipiunt præterea ρ & τ, pro ς. nam θάλασσαν efferunt θάλατταν: & πράσσειν, πράττειν. Rurſus pro θαρσαλέως, ἄρσενα, θαρραλέως, ἄρρενα dicunt. Pro ε ſumunt υ, vt τοὔνδυμα. pro τὸ ἔνδυμα: τοὔγκλημα pro τὸ ἔγκλημα: τοὔλαιον, pro τὸ ἔλαιον: τοὐπίσημον pro τὸ ἐπίσημον: τοὔργον, pro τὸ ἔργον. Pro σ verò ξ vſurpant, quando dicunt ξύμπας pro σύμπας: & ξυμφορὰν pro συμφορὰν: & ξυνέηκεν pro συνέηκεν. & ξύμβολον pro σύμβολον: & ξυνθήκη pro συνθήκη. Vocata autem eſt Attica, quæ Atticorum eſt, ab Atthide Cra- E nai filia.

DE DORICA DIALECTO.

Dorica autem vocata eſt dialectus qua vſi ſunt Dores. Eius proprium eſt, pro η, α vti: & pro ω α: & pro fœmininis nominibus ſingularibꝰ, plurales caſus proferre: & pro ου diphthongo ω vti, & pro ει diphthongo η aſſumere. & interdū pro θ, σ. & quibuſdam dictionibus ι detrahere.

Pro η igitur α vtuntur quum dicunt ἄλιον pro ἥλιον, pro ἡμέραν, ἁμέραν: & pro ἡ Κύπρις, ἁ Κύπρις: & ἁδὺ, pro F ἡδύ. Pro ω autem α vtuntur, quum dicunt pro μουσῶν, μουσᾶν: pro θυρῶν, θυρᾶν. Pro ſingularibus autē fœmininis nominibus plurales caſus proferunt, dicendo pro καλὴν καλὰς, σοφὴν σοφάς. Pro ου autem diphthongo ω vtuntur, dicendo pro μούσαις μώσαις. Pro ει autem diphthongo η vtūtur, quum dicunt pro ἰδεῖν, δραμεῖν, λαβεῖν: ἰδῆν. δραμῆν, λαβῆν. Sed & λάβεν pro λαβεῖν, & δράμεν pro δραμεῖν, & ἔλθεν pro ἐλθεῖν dicunt. Dorica autem appellata eſt à Doro Hellenis filio.

DE ÆOLICA DIALECTO. G

Æolica autem dicitur dialectus, qua vſi ſunt Æoles. Proprium autem ipſius eſt acutas dictiones inuertere, & quibuſdā nominibꝰ fœmininis accuſatiui caſus ι addere: & aliquando pro η, ω vti, & pro ο, ω: & incipientia à vocalibꝰ tenuiter proferre: & pro ει diphthongo η ponere: & collocare in dictionibus ante ρ, β: pro gemino μμ, geminum ππ aſſumere.

Inuertunt igitur acutas dictiones, pro ποταμὸς, πόταμος dicentes, & pro καλὸς, κάλος. Quibuſdam autem nominibus fœmininis accuſatiui caſus ι apponunt, vt H A quum dicunt pro καλὰς, καλαὶς pro σοφὰς σοφαὶς. Pro ου verò ω vtuntur, vt quum dicunt λεπτῶνες pro λεπτοῦνες, & ἰδῶσαι pro ἰδοῦσαι: & λαλῶσαι pro λαλοῦσαι. Pro ε, α vtuntur quum dicunt ὕμμες pro ὑμεῖς. Inchoantia verò à vocalibus, tenuiter proferūt, quum ἥλιος & ὑμᾶς attenuant, ἤλιος & ὐμᾶς. Pro ει autem diphthongo vtūtur η, pro Κυθαιρὼν Κυθηρὼν dicentes, & pro μαθεῖν & ἐλθεῖν μαθῆν & ἐλθῆν. Ponunt in quibuſdā dictionibus ante ρ, β: pro ῥίζα βρίζα dicentes: pro ῥάκος βράκος. Pro gemino autem μμ geminum ππ accipiunt, ὄμματα, ὄππατα dicentes. Sunt & quædam quæ peculiari- B ter apud eos formantur. nam κὰ pro κατὰ præpoſitione accipiunt. Aliquando & pro βουλεύεσθαι βολλεύεσθαι dicunt, & pro γλῶ, γαῖ: & pro ἀγῶνα, ἄγωνα, ac pro Πρίαμον, Πέρραμον. Appellata eſt Æolica lingua ab Æolo Hellenis filio.

DE COMMVNI DIALECTO.

Qui nolunt communē dialectum annumerare prædictis quatuor, hanc rationem afferunt. Neque enim aiunt habere propriū, ſed ſicut quadripharmaca vis C ex quatuor pharmacis conſtans, quadripharmacum dicitur, nihil proprii habens: ſic & communis dialectus ex quatuor conflata, nō debet his annumerari. Ex iis autem qui communem dialectum introducunt, alii dicunt quòd omnibus immixta eſt dialectis eiuſdem vocis, vt φίλος, νὺξ & huiuſmodi: alii inquiunt non habere formā, ſed ex variis dictionibus eſſe cōgregatam. Mutationes autem ipſius non inueniuntur. Ionica ſcripſit Homerus, Attica Ariſtophanes, Dorica Theocritus, Æolica Alcæus, communi Pindarus.

D ALITER DE DIALECTIS.

Dialectus eſt dictio propriam formæ notam oſtendens, vel dictio peculiarē vel communem oſtendens notam. Dialecti autem ſunt (ſi & communem quis annumerauerit) quinque, Ionica, Attica, Dorica, Æolica, Communis. Nam quinta propriam non habens notā, Communis nominata eſt, vel quia cōmuniter omniū notis vtitur, & ex quatuor cōſtat; vel quia communiter ea omnes vtuntur: vel quia eæ omnes ex hac tāquā E ſubiecta incipiunt. Remittere autem oportet hanc quidem quaſi ad regulam, reliquas verò ad proprietatem. Barbaras quidem certè quum ſint multæ, eæque comprehendi nequeant, non eſt facilè tradere: atque adeo dicēdæ nō ſunt dialecti, ſed linguæ. At verò Hellenicas inde contigit appellari, quòd quum Hellen Iouis quidem filius, cognomēto autem Deucalion, loca per Græciam occupaſſet, omnes quidem contigit dici Hellenicas voces, ſigillatim verò denominationes ab illi' F filiis accepiſſe. Diſperſis enim iis in plura loca neque eandem vocem non amplius ſeruantibus, ſed cum locorum mutatione vnà vocem quoq; mutantibus, accidit dialectos dici. A Doro ergo Deucalionis & Pyrrhæ filio, qui migrarunt in loca circa Parnaſſum & Aſopum, Dores ab ipſo appellari omnes contigit, & dialectum Doricam, qua valde vtuntur Rhodii & Cretēſes, & Peloponneſii, & Siculi & Libyci, & antiquæ Epiri incolæ.

Ab Æolo autē Hellenis filio & Pyrrhæ, Æolica vocata eſt. Hic enim quum decem vrbes condidiſſet, & re- G gionem Æoliam, dialectum Æolicam nominauit.

Ionica autem ab Ione Xuthi filii Hellenis & Creüſæ Erechthei filiæ vocata eſt. Hic enim linguam quæ eadē atque Attica videbatur, quum commigraſſet & condidiſſet tredecim vrbes, à ſe Ionicam appellauit: vrbes autem hæ ſunt, Clazomenæ, Lebedus, Phocæa, Priene, Miletus, Mycale, Erythra, Teus, Samus, Colophon, Epheſus, Chius, Smyrna.

Attica autem vocata eſt, vel ab Atthide Cranai filia (fuit autem is Atticæ rex) vel eo quòd ad litus eſſet, H quaſi ἀκταία diceris.

Intelligitur autem dialectus trifariam: per totius A nominis immutationem, per mutationem quæ est in parte quadam, per immutationem quæ est per accidens. Per totius nominis immutationem, vt quum Æoles muliebre indumentum καπυρίαν vocant, Attici autem, ἀλουργὸν πέπλον, quod nos πηλίαν, & similia. Per immutationē quæ est in parte quadā, vel per Prosthesin, (vt Æoles pro ῥόδα, βρόδα dicunt: vel per Aphæresin, (vt Dores φέρεν & λέγεν pro φέρειν & λέγειν efferunt) vel per metathesin, vt pro δίφρον dicunt δρίφον. At ex immutatione quæ est per accidens, vel in accentu, vel in spiritu, quem appellamus. In accen- B tu, vt Attici quidem dicunt, ἱκανῶ, ἵκανον: & ἐλαύνω, ἔλαυνον: Dores autem pro πάντως dicunt παντῶς, & οὕτως pro οὕτως: & similia, quæ diuidimus per singularum dialectorum proprietates. In spiritu autem, vt Attici, quod apud nos tenuiter est, ipsi aspiratè proferunt.

DE SINGVLIS QVÆ ATTICÆ dialecto propria sunt.

Attica dialectus mutat σ, modò in τ, modò in ξ: C nam pro θάλασσαν, θάλατταν dicit: & pro σεῦτλον, τεῦτλον: & pro συμφορὰν, ξυμφορὰν: & pro σύμβολον, ξύμβολον. Vertunt autem σ in ξ, in præpositione σὺν, etiam seorsum.

Semper in εις plurales nominatiuos à masculinis in δὲς factos, per η profert: vt γονῆς pro γονεῖς, & βασιλῆς pro βασιλεῖς.

In αος desinentia masculina antepenult. vel vltima acuta, per εως profert, vt Μενέλεως pro Μενέλαος: & λεὼς pro λαός: & νεὼς pro ναός.

Dictionibus addit iωta: vt νυνὶ, οὑτοσὶ, τουτονὶ, τριτὶ. D nos autem νῦν, οὗτος, τοῦτον, τρίν.

In ευς nomina, per ω in Genitiuo effert: vt Ἀλεξεὺς, Ἀλεξέως: simili modo, Πηλεὺς, Πηλέως.

Synalœphæ Atticorum sunt propriæ, vt τοὐμὸν pro τὸ ἐμόν: sic ἔρχομ' ἔχων pro ἔρχομαι ἔχων.

Ablationes literæ iωta Atticorum sunt propriæ, & Dorum, & Æolum: vt ἕταρον pro ἑταῖρον: & ἐς Χρύσαν, pro εἰς Χρύσαν.

Sumere vocatiuos pro nominatiuis, Atticorum est proprium: vt νεφεληγερέτα Ζεὺς pro νεφεληγερέτης: & ἱππότα E Νέστωρ pro ἱππότης: & εὐρύοπα Ζεὺς pro εὐρύοπης. Nominatiui enim pro vocatiuis, & vocatiui pro nominatiuis. Hæc autem solùm Atheniensium figura.

Defectus partium orationis, Atticorum sunt, & Dorum, & Ionum: vt in κότῳ ὧν ἀμφοτέρησι, deest χερσίν.

Accipere accusatiuos casus pro genitiuis, Atticorum est: vt, Μήτε σὺ τόνδ' ἀγαθός περ ἐὼν ἀποαίρεο κούρην, pro τούτου.

Semper passiuis verbis pro actiuis vtitur, vt γράφομαι pro γράφω: & ποιοῦμαι pro ποιῶ. F

Item Atticorum est ποιείτωσαν & νοείτωσαν dicere pro ποιείτωσαν & νοείτωσαν.

In ως desinentia aduerbia qualitatis, in ον terminat. nominibus enim pro aduerbiis vtitur, vt δέον & πρέπον, pro δεόντως & πρεπόντως.

In ονες desinentes nominatiuos comparatiuorum nominū in ους terminat: vt μείζους, & χείρους, & καλλίους, pro μείζονες, & χείρονες, & καλλίονες.

Synalœphis immodicè vtitur: nam pro τὸ ἱμάτιον, θοἰμάτιον: & pro τὸ ἔλαιον, τοὔλαιον dicit.

Σ pro ρ vtitur: nam pro θάρρος, θάρσος dicit: & pro G θαρραλέον, θαρσαλέον: & ἄρσεν, pro ἄρρεν.

Ου pro οι vsurpat quū dicit, πούδυμα, & πύγκλημα, & πούπος: pro τὸ ἔνδυμα, & τὸ ἔγκλημα, & τὸ ἔπος.

Nominatiuis pro vocatiuis sæpe vtitur, vt ὦ φίλος pro ὦ φίλε.

Superlatiuis pro comparatiuis sæpe vtitur, vbi dicendum esset θεωδέστερος πάντων, dicens θεωδέστατος.

Η pro ε vsurpat. vertit enim ε in η, velut quum dicit ἠδυνάμην, & ἠβουλόμην. H

Attica dialectus licet mutationes acceperit pro temporum varietate, tamen antiquam formam refert. nam dualibus videmus vti & comicos poetas & Atticos scriptores: dicentes τὼ πόδε, & τὼ χεῖρε, & τὼ θεώ, & Διὸς κούρω. Dicit & Plato philosophus in Gorgia, τὼ γὰρ ξένω τώδε, Γοργίας τε καὶ Πῶλος, σοφὼ μὲν ἀμφοτέρω ἐστὸν, καὶ φίλω ἐμώ. Item δυοῖν ὀβολοῖν, & δυοῖν χαλκοῖν, & τοῖν θεαῖν.

Quæcūque in ος desinentia habent α in penultima, ea per ω & ε efferunt: vt ἵλεως pro ἵλαος, & per obliquos sequendo nominatiui formam: vt Μενέλεω pro Μενελάου: & in datiuo similiter, cum ι subscripto Μενέλεῳ: additione ν, τοῖν Μενέλεων. Accusatiuum, Μενέλεων. Pluralem autem rectum, æquè atque singularem datiuum, Μενέλεῳ. Genitiuum Μενέλεων: Datiuum autem cum ι, τοῖς Μενέλεως. Accus. τοὺς Μενέλεως.

Item Atticæ est dialecti, pro ἀφυῆ & ὑγιῆ, ἀφυᾶ & ὑγιᾶ dicere: & pro Εὐβοίεα & Πειραιέα, dicere Εὔβοιᾶ & Πειραιᾶ. Hoc autem consueuere facere in quibus vltima syllaba in purum η desinit, penultima autem habet ε vel α, vt in propositis. Minimè verò in quibus cum consonate desinit, vt ἀμφῆ, ἀτυχῆ. non enim dicent ἀμφᾶ aut ἀτυχᾶ. Neque rursum in quibus consonans præfixa est literæ ε quæ habetur in penultima, vt βασιλέα, δρομέα.

In huiusmodi verbis, ἐδυνάμην, & ἐβουλόμην, & ἔμελλον, ε in η mutant, dicendo ἠδυνάμην, & ἠβουλόμην, & ἤμελλον. Etiā in ἀνὰ præpositione mutāt α in η, ἠνειχόμην dicentes pro ἀνειχόμην.

In verbis secundam personam passiuam habētibus desinentem in η, eam per ει diphthongū efferūt βούλει enim dicunt pro βούλῃ. Quū verò fuerit subiunctiuum, dicunt quemadmodum nos, ἐὰν βούλῃ.

Optatiua sumunt pro subiunctiuis, ἐὰν ἔλθοις pro ἐὰν ἔλθῃς, & ἐὰν ἔλθοι pro ἐὰν ἔλθῃ.

Auferunt autē sæpius & ι, pro κλαίειν dicentes κλάειν, & μύαν pro μυῖαν: & μητρυὰν pro μητρυιάν: & ποεῖν pro ποιεῖν: & πόημα pro ποίημα.

Et loco πρὸς præpositionis, ὡς vsurpant: vbi dicimus πρὸς τὸν βασιλέα, & πρὸς τὸν φίλον, dicentes ὡς τὸν βασιλέα & ὡς τὸν φίλον.

Proprium autem ipsorum est & in α desinentes singulares accusatiuos mascul. per η proferre, vt Εὐρυσθῆ pro Εὐρυσθέα, & Πηλῆ pro Πηλέα: & Τυδῆ pro Τυδέα.

Vtuntur & passiuis pro actiuis, vt Λοιδορούμενος, pro λοιδορῶν: Φαινούμενος pro φαίνων: Φαινακιζόμενος pro φαινακίζων: Διακονούμενος pro διακονῶν: Διαβαλλόμενος pro διαβάλλων: Μισούμενος pro μισῶν.

Interdum verò actiua ponunt pro passiuis: vt πολιτεύειν pro πολιτεύεσθαι: & γράφειν pro γράφεσθαι, & similia.

Indefinita tempora, & futura integra passiua ipsi in communia sæpe mutantes, dicunt pro μισηθήσεται, μισήσεται, & pro ζητηθήσεται, ζητήσεται: & pro τιμηθήσεται, τιμήσεται, ac similia.

Ab ίζω autem futura, abiicientes σ, circunflectunt: ὀνειδιῶ dicentes, pro ὀνειδίσω: & ῥανιῶ pro ῥανίσω: & μυκτηριῶ, pro μυκτηρίσω.

Delectantur etiam plerunque syncopa. nam pro Νηρεΐδας, Νηρῇδας dicunt, & pro Ἀπόλλωνα, Ἀπόλλω, & pro ἀμείνονα, ἀμείνω, & pro κρείττονα, κρείττω.

Mutant præterea tonos, & sonos, & tempora. Tonos quidem, quum pro πολέων & ταχέων dicunt πόλεων & τάχεων. Sonos autem, quum pro σταφίδα & στάχυς dicunt ἀσταφίδα & ἄσταχυς. Tempora verò, quum in βασιλεία producunt α, & Ἀτρεία, & ἱμάντα, & ἀνδριάντα.

Dicunt etiam Ἀθήναζε πορεύομαι, pro εἰς Ἀθήνας: & Ἀθήνησι σοφιστεύω, pro ἐν Ἀθήναις: & Ἀθήνηθεν pro ἐξ Ἀθηνῶν, & ἀγρόθεν ἔρχομαι pro ἐξ ἀγροῦ. Et pro εἰς οἶκον, οἴκαδε: pro ἐξ οἴκου, οἴκοθεν: pro ἐν οἴκῳ, οἴκοι. Item pro ἐξ οὗ χρόνου, ἐξ ὅσου χρόνου.

Et ρ pro λ vtuntur: nam pro κλίβανον, κρίβανον dicunt.

DE SINGVLIS QVÆ IONICÆ dialecto propria sunt.

Ionica dialectus in ας desinentia nomina in ης mutat, (si non sint Dorica) vt pro Ἑρμίας, Ἑρμίης: & pro Σωσίας, Σωσίης. Tunc enim Iones vertunt, quum non fuerint versa ex Doribus, vt dictum est, pro Ἑρμίας, Ἑρμίης. nam Dores non vertunt ea.

Omne in ης desinens, cuius genitiuus in ου termina-

tur, apud eos in εω desinit; pro Πέρσης, Πέρσου, Πέρσεω: A pro Ξέρξης, Ξέρξου, Ξέρξεω: pro Πηληϊάδης, Πηληϊάδου, Πηληϊάδεω.

In ης masculina quorum genitiuus in ους, per εος profertur: vt Δημοσθένης, Δημοσθένεος: & ἀμαθὴς, ἀμαθέος. Accusatiuum autem in εα faciunt, vt Δημοσθένεα, ἀμαθέα.

In ους desinentes genitiuos, qui à neutris in ες rectis fiunt, diuidit, vt ἀσεβὲς, ἀσεβέος: itidémque ἀγγέος, δυσαγγέος, δυσσεβέος.

B Omnis nominatiuus in εὺς, per ηος profertur in genitiuo apud Ionas, vt βασιλεὺς, βασιλῆος.

Neutra genitiuum in ους habentia, per εος terminãt Iones, vt πλῆθος, πλήθους, πλήθεος.

In εις rectos plurales à singularibus in εὺς factos, in ηες diuidunt Iones, vt βασιλῆες pro βασιλεῖς.

In αι pluralia diuidunt in genitiuo per ε, vt Πέρσαι, Περσῶν, Περσέων: & νύμφαι, νυμφῶν, νυμφέων. At verò νυμφάων, Æolicè.

Omnis datiuus pluralis in οις desinens, assumit ι in fine, vt καλοῖσι pro καλοῖς: & σοφοῖσι pro σοφοῖς, ac similia. C

Omnis datiuus pluralis in αις desinens, mutat α in η apud Ionas, subscripto quidem ι, sed non pronuntiato: vt pro καλαῖς, καλῇσι: pro νύμφαις, νύμφῃσι.

In α rectos, in η vertũt Iones: vt pro Ἥρα, Ἥρη: pro χώρα, χώρη.

Ουν coniunctionem Iones dicunt ὦν.

Verborum compositiones per tenues consonantes proferunt Iones, vt κατορῶ, κατορᾷς, κατορᾷ.

Præpositiuis articulis Iones pro subiunctiuis vtuntur: vt τὸν θέλω, pro ὃν θέλω: τὴν θέλω pro ἣν θέλω. D

K pro π in interrogatiuis & relatiuis, vt pro πόσα, κόσα: & pro ὁπόσα, ὁκόσα: & pro ὅπως, ὅκως.

Ω pro α aliquando vsurpant Iones, dicentes ὤνθρωπον & ὤριστον, pro ἄνθρωπον & ἄριστον.

Ωυ pro αυ diphthongo vtuntur, θῶυμα pro θαῦμα dicentes.

Sectiones sunt Ionum propriæ: vt Πέλοπος νῆσος, pro Πελοπόννησος. ἄγριον ἔλαιον, pro ἀγριέλαιον. & ἄγριον αἶγα, pro ἀγριαίγην. & σύος ἀγρίου, pro συάγρου. E

Sumere infinitiuos pro imperatiuis, Ionum est. vt πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν, pro ἀγόρευε. Sic Πειρᾶν δ' ὥς κεν Τρῶες, pro πείρα, & infinita alia.

Masculinis dare locum fœmininorum; Ionum est, vt Τοῖσι δ' ἐπὶ προμολοῦσα μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν, pro ἑσπέρα.

Nominatiuis dare locum genitiuorum, Ionum est. vt Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν, pro τῶν δὲ δύο σκοπέλων, ὁ μὲν, ὁ δέ.

In ω desinentia fœminina in accusatiuo, in οῦν terminant. vt pro Ἰὼ, Ἰοῦν: pro Λητὼ, Λητοῦν: pro Σαπφὼ, Σαπφοῦν. F

Ex quibusdam dictionibus ι aufert Ionica. nam pro ποιεῖσθαι, ποιέεσθαι dicit, vnde ποιέοντο.

In ις desinentia fœminina, nunquam per ω declinãt Iones, sed per ο: vt πόλις πόλιος, & ὄφις ὄφιος.

Diuisiones singularium datiuorũ in ει desinẽtium, Ionum sunt propriæ: vt βέλεϊ pro βέλει: & ἔγχεϊ pro ἔγχει.

Reduplicationes peculiares sunt Ionum; vt λελάχωσι pro λάχωσι: κέκλυθι, pro κλῦθι. G

Transpositione elementorum Ionica dialectus vtitur, vt κραδίη, pro καρδία.

Ex ει diphthõgo Iones auferunt ι, vt Ἑκτόρεος, χρύσεος, pro Ἑκτόρειος, χρύσειος.

In εις desinentes plurales Iones semper diuidunt, si à nominatiuo in εὺς sint: per η & per ε pronuntiantes, vt pro βασιλεὺς βασιλεῖς, βασιλῆες. Si autem sint à nominatiuo in ης vel ις, pronuntiantes per εε: vt ἀληθὴς ἀληθεῖς, ἀληθέες: ὀξὺς ὀξεῖς, ὀξέες.

Adiectiones τοῦ ι ad ε, sequente vocali, vel vna immutabilium, Ionum sunt: vt εἴως, κεινή, pro ἕως, κενή. H

Immutatio οι diphthongi in syllabam ες, Ionum est: vt ἐείκρες pro ἐείκροι: υἱέες pro υἱοί: ἐρυσάρματες pro ἐρυσάρματοι.

In η pluralia neutra, in εα diuidunt Iones, vt pro πτύχη, πτύχεα: pro ὄρη, ὄρεα. Similiter & genitiuum per έων.

Semper υ adiiciunt dictionibus Iones, vt pro ὄρος, οὖρος: pro νόσος, νοῦσος: pro ὄνομα, οὔνομα.

Geminum σσ in ξ vertunt Iones. nam pro δισσά, διξά dicunt.

Ex dictionibus Iones sæpe ι auferunt. Nam pro δείξω, δέξω, & pro ἀπόδειξιν, ἀπόδεξιν dicunt.

Ου in participiis passiuis Iones diuidunt: vt pro λυπούμενος dicentes λυπεόμενος.

In ων desinentia participia à prima coniugatione circunflexorum facta, quorum imperatiuus in secunda persona in ει diphthongum desinit, diuidunt Iones: vt pro φρονῶν, φρονέων. est enim φρόνει imperatiuus: sic νοῶν, νοέων. est enim imperatiuus νόει. At βοῶν non vult diuidi. Nam quæ sunt secundæ, diuisionem non patiũtur. Sed tamen quæ diuidunt, pauca sunt.

Mutationes η in α breue, Ionum sunt: vt μέμακυῖα, pro μεμηκυῖα: & λελασμένος pro λελησμένος: & ἄλαστος pro ἄληστος.

Immutationes α longi in η, Ionum sunt: vt pro Ἥρα Ἥρη: & pro στεῖρα, στείρη.

Immutationes α breuis in η, recentiorum sunt, vt pro ἀλήθειαν, ἀληθείην.

Ablationes earum quæ sunt in principio consonantium, Ionum sunt: vt εἴβειν pro λείβειν: & εἰνὸς, pro δεινός.

Semper ὦν syllabam superuacaneam ponunt inter præpositiones, vt ἐξ ὧν εἷλον, & ἀπ' ὧν ἔδοντο, pro ἐξεῖλον & ἀπέδοντο.

Primas literas dictionũ Iones auferunt, vt pro ἐκεῖνος, κεῖνος: & pro ἑορτή, ὁρτή. Similiter & ε præteritorum vt pro ἐνόει, νόει: pro ἔπυχε, πύχε: pro ἔπικτε, πίκτε.

Π pro φ vtuntur. pro ἀφικόμην enim ἀπικόμην dicũt.

Composita verba dissoluunt & interponunt: vt λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς, pro κατεδηδώς. & κατὰ δ' ἔκτανεν Ἠπίονα, pro κατέκτανεν.

Anastrophæ & hyperbata, Ionum sunt. Anastrophæ, vt, δῶρ' ἀπὸ αἱρεῖσθαι, pro ἀφαιρεῖσθαι. Hyperbata autem, vt, — νήπιοι οἳ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο ἤσθιον, pro κατήσθιον.

Diuisiones in ως desinẽtium aduerbiorum à masculinis in ης desinentibus, & neutris in ες, Ionum sunt: vt ἀτρεκέως, pro ἀτρεκῶς.

Ionica dialectus est eadem quæ antiqua Attica. Hac plerũq; Homerus & Hesiodus & Archilochus vsi sunt, & Anacreon & Herodotus. Sunt autẽ eius proprietates, α pro η ponere: vt θύραν pro θύρην: Ἥραν pro Ἥρην: ἑστίαν, pro ἑστίην. At pro καλαῖς καλῇσι, pro σοφαῖς, σοφῇσι: pro πύλαις, πύλῃσι. Et vt ι suo in loco manere sinunt, sic η (vt dictum est) pro α Iones ponunt.

Vtũtur & correpto α pro η Iones, Dores autem producto.

Fit autem in Ionica dialecto, Prosthesis, Aphæresis, Syncope, Parenthesis, Pleonasmus, Diæresis.

Prosthesis igitur fit apud eos, si in principio orationis alia assumatur litera, vt εἵνεκα ῥιγεδανῆς pro ἕνεκα. Sic Ἴλιον εἴσω, pro ἔσω. Et μοῦνος ἐὼν, pro μόνος. Et ξεῖνος ὅ δ' οὐκ ἐθέλει, pro ξένος. Et, ἄρτον οὖλον ἑλών. pro ὅλον, & alia innumera.

Aphæresis contrarium patitur quàm Prosthesis. nam Aphæresis in principio assumit extrinsecus aliam literam; Aphæresis autem abiicit eam etiam quæ posita est: quum Iones pro ἑορτὴν, ὁρτὴν dicũt, & pro ἱερὸν, ἱρόν.

Syncope, quum mediæ literæ in nominibus conciduntur: vt, μώνυχας ἵππους, pro μονόνυχας: & κάππεσον, pro κατέπεσον: & φέρτε pro φέρετε: & καγκείοντες pro κατακείοντες.

Parenthesis cõtrarium patitur quàm syncope. Illa enim demit, hæc assumit literam extrinsecus: vt ἐελγδουπος, pro ἐελδουπος, vbi redundat γ. Sic pro ὑμέων, ὑμείων: pro σφέων, σφείων.

Enallage fit, quum aliud elemẽtum assumitur loco proprii: vt ποτὶ pro πρός: & ξερὸν pro ξηρόν: & ἢ δεύρω μὲν ἔποντο pro δεῦρο. Et πθῆμενον ἔντεα καλὰ pro τιθέμενον. Sed & κ pro π iuniores vtuntur, vt ὅκως pro ὅπως.

Metathesis fit, quum quædam transponuntur in eodem nomine: & vel prima litera propriæ syllaba, vel secun-

da:vt κραδίω pro καρδίαν. & πέτρατον ἦμαρ pro τέταρτον: A
& κραπερὸς Διομήδης, pro καρτερός. ac similia.

Pleonasmus est, quum in pluralibus datiuis masculinis casibus in οις desinentibus, vel fœmininis in ης, assumunt ι: vt pro ποταμοῖς, ποταμοῖσι: pro καλοῖς, καλοῖσι: & pro σοφῆς, σοφῆσι.

Diæresis fit non solùm apud ipsos in dissyllabis nominibus, sed etiã in monosyllabis & appellatiuis, vt pro ῥοῦς, ῥόος: pro χοῦς, χόος. Sed in nominibus vnam syllabam excedentibus, & appellatiuis masculinis singularibus in ης desinentib⁹, quorum genitiuus in ου desinit, ipsi ου in εω diuidunt: pro τέξόπου, τεξόπεω efferentes: & pro Ἀτρείδου, Ἀτρείδεω: pro Λαέρτου, Λαέρτεω. Et per parathesin, Πηλειάδεω, Λαερτιάδεω, & similia. In οις autem desinentes genitiuos in εος diuidunt: vt pro Σωκράτους, Σωκράτεος: pro Διομήδους, Διομήδεος. Et datiuos solos diuidunt, Σωκράτεϊ dicentes, & Διομήδεϊ, & Πηλέϊ: pro Σωκράτει, Διομήδει, Πηλεῖ. Idem & in neutris, vt τείχεϊ, τείχεϊ, &c. Et in αι desinentia pluralia nomina, quorũ genitiuus apud nos desinit in ῶν circunflexè, illi per άων proferunt penacutè: vt pro κλισίαι κλισιῶν, κλισιάων: pro πυλῶν, πυλάων: pro μουσῶν, μουσάων. B C

In verbis tollunt augmentum: vt Ἄγω, ἄγον: Φέρω, φέρον: Ἐλαύνω, ἔλαυνον: Ὀρχοῦμαι, ὀρχούμην: Τρέχω, τρέχον: λέγω, λέγον.

Vtuntur infinitiuis pro imperatiuis: vt πινύσαι pro πίνυσον, & κλῦθαι pro κλῦσον.

Habent & formas eloquutionis tales: pro πεγραμμένοι εἰσὶ, πεγράφαται: pro πεπαγμένοι εἰσὶ, πεπήχαται. sic pro κέκλινται, κεκλίαται. D

Etiam verba quæ in vltima circunflectuntur, diuidunt: vt pro φρονῶ, φρονέω: pro λαλῶ, λαλέω: pro νοῶ, νοέω: pro χρυσῶ, χρυσόω: pro ἀργυρῶ, ἀργυρόω. Et participia ipsorum similiter diuidunt: vt φρονέων, λαλέων, ποιέων.

Dualium autem diligens obseruatio apud eos seruatur. Vetus quidem Ionica degenerauit ob habitãtium diuersitatem: permansit autem vsque ad ea tempora in quibus fecerunt Iones colonias, & tunc sparsi sunt in plura loca.

Dicitur autem apud eos, pro κλέϊθης, κιτάλης: pro δύναμις, κράτος: pro λόγος, μῦθος: & pro ὑγιαίνειν, οὐλέειν: (vnde τὰ ὑγιῆ τῶν τραυμάτων, etiam nunc οὐλὰς dicimus) & pro αὐτῶν & αὐτοῖς, σφέων & σφίσι proferunt: pro σῶν autem, ἑῶν: & pro αὐτῆς, ἑωυτῆς. Pronomina diuidunt sic: pro σφῶν, σφέων, & interiiciẽdo ι, σφείων. sic ἡμέων, ἡμείων: ὑμέων, ὑμείων, & similia. E

DE SINGVLIS QVÆ DORICÆ dialecto propria sunt.

Dorica dialect⁹ α pro η vtitur: nam pro ἥλιον, ἅλιον dicit, & pro ἡμέραν, ἁμέραν: & pro μητέρα, ματέρα: & huiusmodi. F

A pro ω vtitur in genitiuis pluralium casibus. nam μουσᾶν dicit, & θυρᾶν, & θεᾶν: pro μουσῶν, θυρῶν, θεῶν.

In ους desinentes genitiuos, à rectis ης factos, in ῶς vertit, vt Διογένης, Διογένεος, pro Διογένους.

Ω litera pro ου diphthongo vtitur. μῶσαι enim pro μοῦσαι dicit.

H pro ει diphthongo vtitur, veluti quum dicit, ἰδῆν pro ἰδεῖν.

Σ pro θ vtitur. nam pro θεοὺς, σεοὺς dicit: & pro θιὸν, σιόν. G

Ex dictionibus semper ι aufert. nam λαβὲν & ἐλθὲν dicit pro λαβεῖν & ἐλθεῖν.

Item reduplicationibus earundem consonantium vtitur, vt ἔττι, ὀπποθι, & ὅσσον, pro ἔτι & ὅποθι, & ὅσον. Æolica quoque his vtitur.

Productiones ancipitum propriæ sunt Doricæ linguæ: vt, ἴσος ἐνυαλίῳ.

A pro ε sæpe vtuntur: pro ἕτερος, ἅτερος dicẽtes: & pro Ἄρτεμις, Ἄρταμις. H

Apocopæ, Dorum sunt propriæ: fiunt autem in fine: vt ἡμέτερον δῶ pro δῶμα.

Parenthesis syllabæ με in iis quæ apud nos in ναι desinunt infinitiuis, Dorum est: vt βήμεναι, pro βῆναι.

Ablationes δ & τ ex obliquis singularium casibus,

Dorum sunt. vt Πάριος pro Παρίδος: similiter κέρας pro κέρατος.

Doricæ linguæ multæ sunt subdiuisiones locales. aliter enim Cretẽses loquũtur, aliter Rhodii, aliter Argiui & Lacedæmonii. Generales verò ipsorũ sunt proprietates. pro η enim α ponũt, pro πύλην dicẽtes πύλαν.

Et pro genitiuis casibus circunflexis, apud nos in ων desinentibus, αν proferunt, seruãtes eundẽ accentũ, vt pro πυλῶν, πυλᾶν: pro καλῶν, καλᾶν: pro σιγῶν, σιγᾶν. Et similiter in participiis, pro γελῶν, γελᾶν: pro ἑλῶν, ἑλᾶν: & pro ναῶν, νᾶν dicẽtes: pro κλάδας, κλάδας: & pro νίκην, νίκαν.

Monosyllaba nomina acuũt: similiter autem & qualitatis significatiua aduerbia, vt καλῶς, σοφῶς, κομψῶς, ἁπλῶς. Quæ autem apud nos grauitona sunt, illi circunflectunt: vt οὑτῶς, παντῶς, αὐτοματῶς.

In οι desinentia pluralia nomina, in penultima tonũ habent, vt φιλόσοφοι. Idem & in participiis: vt πωλεύμενοι, καλούμενοι.

Similiter autem modo & in ες desinentia fœminina nomina pluralia, recti casus penultimam acuunt: vt γυναῖκες, χεῖρες, νάες, ὄρνιθες.

Item indefinita tempora in αι desinentia, in penultima acuunt: ἐσάσαι, ἐφάσαι, ἐλύσαι, ἐδῆραι, ἐκράξαι. Etiam in ον desinentia, in penultima acuunt: ἐλάβον, ἐφάγον, ἐλέγον, ἐτρέχον.

Circunflectunt verò eiusmodi, παιδῶν, Τρωῶν, πάντων. Itidem quæ in ω desinunt verba grauitona, in futuro tempore circunflectunt: δωσῶ, πρασσῶ, νοησῶ, λαλησῶ, μενῶ. Etiam & tertiam personam grauitonorum verborum in ει desinentem futuri temporis circunflectunt: vt δωσεῖ, ποιεῖ, πρασσεῖ, λαλησεῖ.

Dicunt & pro δώσουσι, δωσοῦντι: pro λέξουσι, λεξοῦντι: & pro ποιήσουσι, ποιησοῦντι.

Corripiunt autem & in ας desinentes plurales accusatiuos, in nominibus appellatiuis, & similiter in participiis. vt νύμφας, κρίνας, νοήσας, πράξας.

Et quæ per ειν efferuntur infinitiua, per ablationem ι efferunt, vt pro φρονεῖν, φρονεν: pro ἰδεῖν, ἰδὲν, pro φαγεῖν, φαγὲν.

In ου autem desinentes genitiuos efferunt per ω. vt οἴκου, οἴκω: pro σοφοῦ, σοφῶ: pro καλοῦ, καλῶ. Et accusatiuos plurales masculinos in ους desinentes, per ως proferunt: τὼς καλὼς, σοφὼς, ἀνθρώπως, ἵππως: pro τοῖς καλοῖς, σοφοῖς, ἀνθρώποις, ἵπποις.

Et imperatiua verba quæ pronunciantur per ε, per ον pronuntiant: vt pro λάβε, λάβον: pro θίγε, θίγον: pro δράμε, δράμον.

Siculi dicunt pro χύτραν, κύτραν: pro χιτῶνα, κιτῶνα: & pro γυναῖκα, γυνάν.

Cretenses autem, pro διαπαντὸς, αἰὲς: Pro αὐτοῖ, αὐτεῖ: Pro βέλτιον, βέλτιν: Pro ἦλθεν, ἦνθεν: Pro ἐς χορὸν, ἐν χορόν: Pro εἰς τὴν ἀγορὰν, ἐς τὰν ἀγορὰν: Pro ἔα, ἴεα: Pro ἔασον, ἴεασον: Pro ὧν, ἧς: Pro εἴωθα, εἴθω: Pro ἀνεχώρησαν, ... Et Θουκυδίδης, Θεύκρατης, Θεόφραστος: pro Θουκυδίδης, Θεοκράτης, Θεόφραστος: Pro κρέα, κρῆ: Pro ἄκρατον, ἄκρητον: Pro κρίκον, κίρκον: Pro κελεύει, κέλεται: Pro καταβαλεῖν, καββαλεῖν: Pro σπόρους ἀχύρων, μύχωνας: Pro οἴκαδε, οἴκαδις: Pro ὄρνιθες, ὄρνιχες: Pro χεῖρες, χῆρες: Pro στάδιον, σπάδιον: Pro κεῖνος, κῆνος: Pro σὺ, τύ.

Et pro λέγουσι & φέρουσι, λέγοντι & φέροντι: & pro ταύτας, ταύτας: & pro θεὸς, σιὸς: & pro τότε, τόκα: & pro τῆμος, τᾶμος: & pro δῆμος, δᾶμος: & pro θεὸν, σιόν: denique pro βουλὴν, βωλὰν pronuntiant.

Differt autem Cretensium dialectus, qua vsus est Cypselas, & Laconum, qua vsus est Alcman, Sophron: Pindari tamen & Ibyci, & Simonidæ, & Bacchylidæ omnino laudatur, quòd nõ sint poetæ natura Dores, sed vtantur tantùm idiomate Dorico.

DE SINGVLIS QVÆ ÆOLICÆ dialecto propria sunt.

Literam β ipsi ρ ascisicit, quum ei subiungitur ρ, vel ι, vel λ. vt βρυτὴρ pro ῥυτὴρ: βράκος pro ῥάκος: βρόδον pro ῥόδον.

Æolica dialectus genitiuos à nominatiuis in αι diuidit, & per α profert. vt νύμφαι, νυμφάων: θύραι, θυράων:

μελιοσάων, ἐρχομενάων, πυλάων, & similia.

Syncopæ, Æolum sunt propriæ. fiũt autem in medio, vt ὤρσεν pro ὥρμησεν.

Additiones θα syllabæ in subiunctiuorũ secundis personis in σ desinẽtibus, Æolum sunt: vt εἴπησθα pro εἴπης: & ἔλθησθα pro ἔλθης.

Addere υ ad ε, sequente vocali, Æolum est: vt χεύαντες pro χέαντες.

In αις monosyllaba nomina diuidit: vt παῖς, δαΐς, pro παῖς, & δαῖς.

Ω litera pro ου diphthongo vtitur: vt μῶσαι pro μοῦσαι: λειπῶσαι pro λειποῦσαι.

Υ pro ο vtitur. nam pro ὅμοιον, ὕμοιον dicit.

Η pro ει diphthongo vtitur. nam ἐλθῆν pro ἐλθεῖν dicit.

Immutabiles geminat, & σ solum: vt pro ἐγείρω, ἐγέρρω: pro ἐγείνατο, ἐγένατο: pro πευθήσης, πευθήσσης: pro πόσον, πόσσον: pro τοσοῦτον, τοσσοῦτον.

Ὅππη & ὅππως commune est. communis enim relatiua duplicat: vt pro ὁποῖος, ὁπποῖος: & pro ὅσος, ὅσσος.

Semper ex αι diphthongo ι abiicit, si eam sequatur vocalis: vt pro Ἀλκαῖος, Ἄλκαος.

Π pro μ vtitur: nam dicit ὄππατα pro ὄμματα.

Secundæ coniugationis circunflexorum ι in secunda & tertia persona, quod non pronuntiatur apud alias dialectos, pronuntiat: vt βοάεις, βοάει.

Vocatiuos in ων desinentium nominatiuorum corripit: vt pro χελιδὼν, χελιδόν: pro μακεδὼν, μακεδόν: pro ἀπόλλων, ἄπολλον.

Æoles consueuerunt ο pro α ponere: vt pro θρασέως, θροσέως: pro στρατὸς, στροτός: pro αὔω, ὄνω: pro ἀνέλητα, ὀνέλητα: pro ἀνεχώρησεν, ὀνεχώρησεν: pro σταλείς, στολείς. Aliquando autem ε vel η: vt pro κράτος, κρέτος: pro Πρίαμον, Πρίεμον: pro γαλήνη, γελάνα: pro ἀήρ, ἠήρ. Aliquando etiam addunt υ ad α: vt pro ναὸν, ναυόν: pro ἀὴρ, αὐήρ: pro ἄως, αὔως.

Pro δ autem ζ ponunt: vt pro διαβάλλειν, ζιαβάλλειν: pro διανυκτὸς, ζιανυκτός. At pro ε & α, η: vt pro κρέας, κρῆς. Oportet autem nosse quòd in quibusdam, sed non in omnibus, hoc faciunt. fieri enim non posset.

Pro ζ autem ponunt δ & σ: vt pro ζεὺς, δσεύς: pro ζυγὸν, δσυγὸν: pro μελίζειν, μελίδσειν.

Pro η autem ponere ε vel α, commune est his cum Doribus: vt pro Ἄρης, Ἄρες: pro Ἀρήϊον, Ἀρέϊον. pro ἀδικῆσαι, ἀδικέσαι. At α pro η: vt pro Ἑκάβην, Ἑκάβαν: pro πύλην, πύλαν: pro Ἥρην, Ἥραν: pro νόημα, νόαμα: pro ἠὼς, αὤς: pro ἀπάτην, ἀπάταν:

Pro θ ponunt φ: vt pro θλᾶται, φλᾶται. Pro μ, π: vt pro μετ' ἐμοῦ, πετ' ἐμοῦ: pro ὄμματα, ὄππατα.

Pro ξ autem ponunt κ & σ: vt pro ξένος, κσένος: & pro ἵεραξ, ἵερακς.

Pro ο, ponunt υ: vt pro ὀμφαλὸς, ὐμφαλός: pro μόγις, μύγις: pro ὅμοιον, ὕμοιον. Interdum & ε: vt pro πρὸς σὲ, πρὲς σέ. Aut α: vt pro ὄσσα, ἄσσα.

Pro π, vtuntur μ: vt pro πατὴς, ματὴς: pro παθοῦσα, μαθοῦσα.

Pro πτ, σπ: vt pro ἐμπίπτειν, ἐμπίσπειν.

Pro σ, τ: vt pro σὺ, τύ: pro εἰς σὲ, εἰς τέ.

Pro στ, σπ: vt pro στολὴ, σπολή: pro σταλεὶς, σπαλείς: pro πέπρασται, πέπρασπαι.

Pro υ autem ι: vt pro ὑψηλὸν, ἰψηλόν: pro ὑψόθεν, ἰψόθεν: pro ὕπαρ, ἴπαρ.

Pro χ, φ: vt pro αὐχένα, αὐφένα.

Pro ψ, πς: vt pro Πέλοψ, Πέλοπς: pro Ἄραψ, Ἄραπς.

Et pro ω, ο: vt pro ὤρα, ὄρα: pro ὠπιλὴ, ὀπιλή.

Quæcunque autem per ει diphthongum apud nos efferuntur, illi per solum ε, geminantes consonantem, proferunt. Efficiunt autem ex sola duas consonantes: vt pro χεῖρες, χέρρες: pro ἱμείρων, ἱμέρρων: pro ὠπειλαὶ, ὠπελλαί: pro εἵματα, ἔμματα: pro κτεῖναι, κτένναι: pro ἡμῖν, ἄμμιν: pro ὑμεῖς, ὔμμες: pro ἤπειρον, ἄπερρον.

Quinetiam in οι sæpe mutant ει diphthongum: vt pro ὄνειρον, ὄνοιρον.

Consueuerunt item vocalibus præponere digamma, vt pro οἶνον, Fοῖνον.

Complura autem geminant, vt pro οἵτινες, οἵττινες: pro σελήνη, σελλάνα: pro πρόσωπα, προσσώπα: pro κατέπεσον, κάππεσον: pro ὀπόθεν, ὀππόθεν: pro κατὰ δὲ: καδ δέ. pro ὅπη, ὅππη.

Incipientibus apud nos à ρ, ipsi præponunt β, vt tenue fiat: vt pro ῥόδα, βρόδα: pro Ῥαδάμανθυς, Βραδάμανθυς: pro ῥυτῆρες, βρυτῆρες.

Peculiariter autem quæcunque apud nos aspirantur aut acuuntur, illi tenuiter dicunt, & grauitoné. ὄσος, οὗτος, ὄρω, ὄρμος. Seruant autem tenuem literam & in contractionibus: vt pro καθήκει, κατήκει: pro ἀφῆκεν, ἀπῆκεν: pro ἀφείλκυσεν, ἀπείλκυσεν.

Graui tono efferunt non solùm nomina, sed & articulos, quando nominum ordinem habent: vt pro σὸς, ὄσος: pro τὸ σὸν, τὸ σον: pro ἡ σὴ, ἤ ση: pro τῆς σῆς, τῆς σης.

Quando autem pronomina proferunt, circunflectũt: vt ἐγῶ, pro ἐγώ.

Circunflectunt in vniuersum monosyllaba vel in ωξ desinentia: vt ῥῶξ, πλῶξ, ῥῶψ. vel in οις: vt χροῖς, ῥοῖς, θροῖς, βοῖς, νοῖς, Item pro χιὼν, ζεύς, χιῶν, ζεῦς.

Dissyllaba autem in acutum tonum apud nos desinẽtia, ipsi graui tono proferunt, vt σόφος, κάλος, λεῦκος, ὄξυς, κόπις, θῦρις, ἄκις, ἄσπις, βρῶμος, τράχυς, θῦμις, σκλῆρος, χῶλος.

Assolent & appellatiua graui tono afficere: vt εἰρήνη, ὤρα, ἠμέρα. & propria: vt Ἀφρόδιτα, Ἤρα, Ἐλένα.

Quæcunque nos in ις fœminina per δος declinamus, vt Ἀρτέμιδος, Θέτιδος, μηνίδος, illi sine δ dicunt: vt Ἀρτέμιος, Θέτιος, μήνιος.

In ης nomina quorum vocatiui in ες, illi sine σ dicunt: vt ὦ Σώκρατε, Ἀριστόφανε, Δημόσθενε.

Et à genitiuis casibus σ auferunt: vt Σωκράτου, Διομήδου, Σοφοκλέου.

Pro accusatiuo datiuum assumunt in passiuis: vt τοῖς θεοῖς, pro τοὺς θεούς: τοῖς ἀνθρώποις, pro τοὺς ἀνθρώπους. Hoc autem faciunt quia vtuntur ι pro υ.

Accusatiuum per ως efferunt: vt τὼς ἵππως, pro τοὺς ἵππους. id quod & Dorum proprium est.

Datiuum pluralem adiecto ι faciunt: vt τοῖσι, θεοῖσι, σοφοῖσι, quemadmodum Dores.

Infinitiua verba à participiis in ων desinentibus, desinentia in ειν, ipsi in εις transferunt: vt νοῶν, νοεῖν, νόεις: & φρονῶν, φρονεῖν, φρόνεις: & καλῶν, καλεῖν, κάλεις.

Quando infinitiua apud nos desinunt in αν, ipsi in αις transmutant: vt pro γελᾶν, γέλαις: pro πεινᾶν, πείναις.

In ουν terminata infinitiua, ipsi per οις proferunt: vt pro ὀρθοῦν, ὄρθοις: pro χρυσοῦν, χρύσοις: pro γυψοῦν, γύψοις. Hæc autem omnia graui tono pronuntiant.

Adhibent & η pro ει in infinitiuis: vt pro φιλεῖν, φίλην: pro καλεῖν, κάλην: pro φρονεῖν, φρόνην.

Verba in ω desinentia apud nos, pro indicatiuis optatiua faciunt: vt pro νοῶ, νόημι: pro φιλῶ, φίλημι.

Quæcunque autem participia acutitona in ως finiunt, per ων apud illos desinunt: vt εἰρηκὼς, εἰρηκών: γεγονηκὼς, γεγονηκών. Seruant autem eorum etiam flexiones, nominatiuo iuxta analogiam respondentes. Dicitur prætereа apud eos pro χρυσίον, χρύσιον: pro ταύρῳ, ταύρει: pro ποῦ, πέζα: pro παῖς, παῖς: pro ἔρωτα, ἔρων: pro γέλωτα, γέλων: pro πλάρμος, πλόρμος: pro ἐπαινῶ, αἴνημι: pro χείρονα, χέρρονα: pro δάπεδον, ἐδάπεδον: pro ἔρωται, ἔροτται: pro ἀνὴρ, δρέκων: pro θὴρ, δράκων: pro εἵματα, ἔμματα: pro ἡ μία, ἴα: pro ψῆφος, ψάφαξ: pro ἰσχνὴ & ἀσθενής, ἄκρα: pro ἐγὼ, ἐγών: pro σὺ, τύ: pro ἡμῖν, ἄμμιν: pro ἡμεῖς, ἄμμες: pro ἐνθάδε, τυῖδε: pro ἄλλοσε, ἑτέρωσε. Vsi autem ea Alcæus & Sappho.

DE DIALECTIS A CORINTHO DECERPTIS.

PROOEMIVM.

EN tibi & dialectos in manus trado, iuuenum mihi A omnium amantissime literarum, in quibus & Philoponus Ioannes laborauit, & Tryphon grammaticus, & alii plerique, quibus multum in libris studii & exercitationis fuit. Nondum autem quispiam in hunc vsque diem quicquid ad vnamquanque dialectum pertinet, notum fecit. Nec putes nos dicendis his existimare aliquid magni de nobis. Lingua enim (secundum Lysiam oratorem) intellectus neque multum neque parum habet: intellectus autem, cui multum, multus: cui parum, paruus. Non igitur nostra laudantes, eos viros in hac B parte accusabimus: sed, amici quum sint, pluris facientes quàm ipsos, veritatem, quemadmodum & Plato philosophus summus ait. Ipsi igitur Atticæ eloquutionis regulam, comicum Aristophanem nobis proponentes, & Thucydidem historicum & oratorem: Ionicæ autem, Hippocratem Ionem, & Halicarnasseum Herodotum: Doricæ verò, Tarentinum Archytam, & Theocritum, qui Bucolica conscripsit: Æolicæ, Alcæum: forsan de dialectis abundè tractauerimus. Siquid verò & à nobis per obliuionem omissum fuerit, non simili id accusatio- C ne dignum apud benignos. ab illis enim maior pars omissa est, à nobis autem pauca fortè non dicentur.

QVID SIT DIALECTVS, ET QVOT SINT.

Dialectus est idioma linguæ. vel, Dialectus est dictio proprium characterem formæ ostendens.

Ionica appellata est ab Ione filio Apollinis, & Creusæ Erechthei filiæ: qua scripsit Homerus.

Attica autem ab Atthide Cranai filia, qua scripsit A- D ristophanes.

Dorica, à Doro Hellenis, qua scripsit Theocr.

Æolica, ab Æolo Hellenis, qua scripsit Alcæus.

Communis, qua omnes vtimur: sed & Pindarus hac vsus est.

DE ATTICA LINGVA.

Λῆρον ληρεῖς, Attica loquutio & figura: vt μανίαν μαίνῃ. est enim Atticæ idioma loquutionis, vbi dixeris rem, inferre verbum quod à re deducatur: vt ὕβριν ὑβρίζεις, E & φυγὴν φεύγεις.

Vtuntur imperatiuis Attici pro subiunctiuis abnegatiuis: & rursus ipsis imperat. pro indicatiuis. Et illius quidem illud Aristoph. in Thesmophoriaz. exemplum,

Μὴ ψεῦσον ὦ Ζεῦ τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος. Pro μὴ ψεύσῃς.

Huius autem, Menander,

Οἶσθ' ὅτι ποίησον, pro ποιήσεις. Sed & Eurip. in Polydori tragœdia, Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, pro δράσεις vsurpauit.

Τροπαῖον apud Thucyd. circunflexa penultima acceptum est, & apud Aristophanem in Thesmophoriazu- F sis, ὦ γυναῖκες οὐκ ὀρίζετ', οὐ πολλὴν βοὴν στήσετε καὶ τροπαῖον; Et puto per analogiam hoc magis apud ipsos sic proferri, sicuti à τρίτη, τριταῖον: ab οὐρά, οὐραῖον: sic etiam à τροπή, τροπαῖον.

Item ὁμοῖος circunflexa penultima proferunt: vt apud Homerum, Ὡς ἀεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Et est analogum. nam appellatiua per οῖος, quæ duas syllabas superant, omnia in penultima circumflectuntur: vt γελοῖος, ἀλλοῖος, ἑτεροῖος, παντοῖος: sic & ὁμοῖος. Supra duas syllabas G tamen dictum est, propter κλοιός, φλοιός. Additum est autem Appellatiua, propter κολοιός nomen auis. Sed ὅμοιος in antepenultima acuitur secundum communem consuetudinem.

Vertit Attica σ, modò in τ, modò in ξ. nam pro θάλασσαν, θάλατταν dicit: & pro σεῦτλον, τεῦτλον: & pro συμφοράν, ξυμφοράν. Vertit autem σ in ξ, in iis dictionibus quæ à σὺν præpositione incipiunt: sed compositis tantùm. Quinetiam ipsa σὺν per se in ξ vertitur: vt Ἀρτέμιδι ξύν.

Ταῦτ' ἄρα, Attica loquutio est: pro διὰ ταῦτα. Deficiunt enim præpositiones apud Atticos, sicut & apud Homerum, Ὡς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο. pro κατὰ πῦρ ἐμάχοντο. ἤγουν ὡς πῦρ ἐπινέμοντο ἅπαντα. Et apud Aristophanem, γνώμην ἐμήν: pro κατὰ γνώμην ἐμήν. Et Thucyd. in tertio histor. καὶ τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον τὸ μὴ προεξιόντας τῶν ὅπλων τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν: pro διὰ τὸ μὴ κακουργεῖν. Generaliter autem defectus Atticorum sunt: vt καθ' ἑκάστην, deest ἡμέραν: & ἐν βραχεῖ, suppletur καιρῷ, vel λόγῳ. Quinetiã ἐν ἀκαρεῖ tale est. Et, Εἰ δ' ἄγε μὴν πείρησαι, ἵνα γνώωσι καὶ οἵδε: deest βούλει. ait enim, εἰ βούλει, πείρησαι. Et, κόπτων ἀμφοτέροισι: deest ταῖς χερσί. Et apud Aristophanem, Πόθεν βροτῶν με προσέβαλεν ὦναξ Ἡράκλεις. deest enim φωνὴ vel ὀσμή.

Atticorum autem est & nominatiuum pro genitiuo accipere: vt apud Aristophanem, in Lysistrate, εἰρημένον δ' αὐταῖς ἀπαντᾶν ἐνθάδε βουλευσομέναισιν οὐ περὶ πράγματος φαύλου, εὕδουσι καὶ οὐχ ἥκουσιν: pro ῥηθέντος. & Thucydides in quarto, κυρωθὲν δὲ οὐδὲν ἐκ τῆς διαφορᾶς ὁπηνίκα χρὴ ὁρμᾶσθαι, νυκτὸς τ' ἐπιγενομένης ἐχώρησαν ἐπ' οἴκου: pro κυρωθέντος.

Βληχῶνα per β, non per γ proferunt Attici.

Λαός & ναός, & quæ ex ipsis, Μενέλαος, Πρωτεσίλαος: & in genere omnia quæ nos per αος, illi per εως efferunt: vt Μενέλεως, Πρωτεσίλεως, νεώς, λεώς. declinant autem omnia per abiectionem σ: vt τοῦ Μενέλεω, τοῦ Νικόλεω.

Βλέπος dicunt pro βλέμμα: vt apud Aristophanem, Ὡς ἔστι τοῦτο Ἀττικὸν βλέπος.

Etiam hoc Atticum est, assumere sæpe in eodẽ membro ἂν coniunctionem: vt est inuenire apud Platonem & Aristophanem: vt in Auibus, Ἢ δ' Ἑλλὰς ἂν ἐξερημωθεῖσ' ἂν ἡμᾶς ἔλαθεν.

Atticorum autem & hoc, ἐν præpositionem & εἰς construere cum genitiuo: vt εἰς vel ἐν ᾅδου: & puto hic defici præpositiones nominum: quale est & hoc, ἐν διδασκάλου.

Atticorum est non respondere antecedẽtibus: vt Thucyd. in tertio histor. statim in principio, καὶ εἰ μὲν συμβῇ ἡ πεῖρα· εἰ δὲ μή, Μιτυληναίοις εἰπεῖν ναῦς τε παραδοῦναι, καὶ τείχη καθελεῖν· μὴ πειθομένοις δὲ, πολεμεῖν: deest enim καλῶς ἂν ἔχει. Et Homerus, Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί. deest παύσομαι, vel ἡσυχάσω.

Pro πρεσβεῖαν dicunt πρέσβευσιν: pro καταβολήν, καταβόλησιν: & pro ἀγάπην, ἀγάπησιν dicunt: & magis cæteris Thucydides.

Est hoc quoque nouum generaliter & Atticum: vt apud Demosthenẽ, ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος καθῆσθε ἐκνενευρισμένοι. Et Homerus, ὡς φάσαν ἡ πληθύς.

Item οὐδὲν diuidere, Atticorum est: vt Thucyd. in 2, ἐθνικὸν δὲ, οἱ μὲν ἀμελείᾳ, οἱ δὲ καὶ πάνυ θεραπευόμενοι, ἔν τε οὐδὲ ἓν κατέστη ἴαμα, ὡς εἰπεῖν, ὅ, τι χρὴ προσφέροντας ὠφελεῖν: pro οὐδέν.

Nouum & hoc dicatur tibi, dicere optatiua pro indicatiuis, quod est Atticorum: vt Thucydides, τὰ σκάφη μὲν οὐχ εἷλκον, ἀναδούμενοι τῶν νεῶν ἃς καταδύσειαν: pro κατέδυον.

Et vti τῷ οὐδὲν μᾶλλον pro οὐ, Atticæ linguæ nota. statim enim Historicus in secundo, ἀλλ' αἵ τε ἐσβολαὶ εἰς τὴν Ἀττικὴν Πελοποννησίων οὐδὲν μᾶλλον τοῖς Ἀθηναίοις ἀπανίστασαν: pro οὐκ ἀπανίστασαν.

Item δένδρος dicitur apud ipsos, vt Thucyd. καὶ πρῶτα μὲν προεκαλοῦντο αὐτοὺς τοῖς δένδρεσιν, ἃ ἔκοψαν τοῦ μηδένα ἐπιβοηθεῖν. Et Homerus, Δενδρέῳ ἐφεζόμενοι. Huius autem rectus δένδρος: & flectitur δένδρεος, datiuus δένδρει: & per metaplasmum, δενδρέῳ.

Et pro fœmininis, masculinorũ nominum vtuntur dictionibus: vt Homerus, κλυτὸς Ἱπποδάμεια. Et apud Euripidem in Hecuba, Τὸ δ' αὖ λίαν παρεῖλες, ἀγγελθεῖσά μοι Γενναῖος: pro γενναία.

Et pro ὅσαι ἡμέραι, ὁσημέραι dicunt: & pro μόλις, μόγις.

Pro datiuo amant accusatiuum: vt Thucyd. εἴσω τί σε τοῦτον ἀρέσκει, πέμπε ἄνδρα πιστὸν ἐπὶ θάλατταν: pro σοί. Et Sophocl. Οὐ γάρ μ' ἀρέσκει γλῶσσά σου τεθηγμένη: pro οὐ γάρ μοι.

Aliaque

Aliáque præterea inuenias infinita eorum quæ dicimus exempla, & apud Hom. & omnes Atticæ linguæ autores.

Genitiui νηός (cuius rect⁹ ναῦς) η in ε vertẽtes, & ο paruũ in ω magnũ producentes, νεώς scribunt & proferũt.

Genitiuorũ in έος qui à rectis in εύς fiũt, ο producũt Attici, vt Πηλέως & Οἰνέως. Illud autem, Ὦ Ἀχιλεῦ Πηλέος υἱὲ μέγα φέρτατ' Ἀχαιῶν, apud poetas productum, communis est linguæ.

Pro αἰνεῖν, Ἀνύτειν, dicunt, vt Aristoph. in Auib. μάτην ἄρα τὴν ὁδὸν ἀνύτομεν. Et Thuc. in tertio Historiæ, καὶ εἴτι ἄλλο αἰνύτειν μέλλοι ἐπιβαλλόμενον.

In quibusdam dictionibus addunt ι, vt τουτωΐ, τουτονί, οὑτοσί, νυνί.

Verbum εἶναι abundare apud eos cognouimus, vt apud Thucydidem in octauo, καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, καὶ ἄκριτοι καὶ βιαιότερον ἀποθνήσκοιεν.

Ablationes τοῦ ι Atticorũ sunt propriæ. ἑτάρων enim dicunt pro ἑταίρων. (Inueni autem ego quòd & Dorũ & Æolum sunt) Pro κλαίειν, κλάειν dicũt: pro ποιεῖν, ποεῖν: pro ποίημα, πόημα.

Ὡς etiam superabundare apud eos solitum est, vt in octauo fecisse Thucydides inuenitur, Καὶ γὰρ ὡς αὐτοῖς οὐδὲν ἔμελλε χρήσεσθαι: pro καὶ γὰρ αὐτοῖς.

Εἰς præpositionẽ ἐς dicunt: ἐς Χρύσαν, ἐς πατρίδα proferentes. Et loco πρὸς, ὡς vtuntur, ὡς τὸν θεὸν dicentes, & ὡς τὸν διδάσκαλον: pro, πρὸς τὸν θεὸν, & πρὸς τὸν διδάσκαλον.

Particula δὲ pro δὴ sæpius vtuntur: vt Thuc. in octauo, Κεφαλαιοῦντες, μάλιστα δὲ ὡς ἐξείη αὐτοῖς τὸν Ἀλκιβιάδην καταγαγοῦσι, καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον δημοκρατουμένοις, βασιλέα τε ξύμμαχον ἔχειν καὶ Πελοποννησίων δὲ περιγίνεσθαι. Hîc enim μάλιστα δὲ, & Πελοποννησίων δὲ, pro δὴ vsurpata sunt.

Hi etiam & accusatiuo & recto vtuntur pro obliqua constructione: vt in octauo Thucyd. ἀλλήλοις γὰρ ἅπαντες οἱ τοῦ δήμου ὑπόπτως προσῄεσαν, ὡς μετέχοντά τινα τῶν γιγνομένων: pro μετέχοντός τινος τῶν γιγνομένων. In tertio autem, recto pro genitiuo sic vsus est, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι οὐ πολὺ ὕστερον καταπλεύσαντες, ὡς ἑώρων, ἀπήγγειλαν οἱ στρατηγοί: pro τῶν Ἀθηναίων καταπλευσάντων. Homerus, Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. Et Philostratus in Vitis sophistarum, ὁ Πρωτεὺς ὁ Φάριος, τὸ θαῦμα τὸ Ἑλληνικόν· πολλαὶ μὲν αὐτοῦ καὶ πολυειδεῖς αἱ μορφαί. Itẽ, δαίμονες δὲ αἱ μετέωροι, ἡμέρα ἐπὶ τῷ πάθει τοῦ υἱοῦ πενθοῦσα. pro τῶν δὲ μετεώρων δαιμόνων.

Et pro participiis, Attici verbis vtuntur: & pro verbis vicissim participiis: vt Thucyd. ὁ δὲ χρηματίσαιτο ἀφεὶς, pro ὁ δὲ ἀφῆκε χρηματισάμενος.

Et ἢ abũdat apud Atticos, vt in octauo Thucydidis, ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου μείζονος ἢ ἀπὸ τῶν πολεμίων οὐχ ἑκὰς, ἀλλὰ πρὸς τῷ λιμένι ὄντος.

Ἀλλὰ coniunctionem pro hortatiua sæpe ponunt, vt apud Homerum, Ἀλλά γε μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα.

Et accipere accusatiuos casus pro genitiuis, Atticorum est proprium: vt, Μήτε σὺ τόνδ', ἀγαθός περ ἐὼν, ἀποαίρεο κούρην: pro ἀπὸ τούτου.

Et proferre vocatiuos pro nominatiuis: vt, Νεφεληγερέτα Ζεὺς, pro νεφεληγερέτης.

Sumere duas negationes pro affirmatione vna, Atticorum est. Thucyd. lib. 3 Histor. σύμμαχοι μέντοι ἐγενόμεθα οὐκ ἐπὶ καταδουλώσει τῶν Ἑλλήνων, pro ἐλευθερείᾳ. Quanuis enim vna sit hîc negatio, videlicet οὐ, at vox illa καταδούλωσις negatio est quodammodo, quum libertatis priuationem significet, & libertatis dignitati opponatur. Sic & Homerus, — ἐπεὶ οὔ μιν ἀφαυρότατος βάλ' Ἀχαιῶν: pro ἀνδρεῖος.

In fœminino genere aliquid dicere cõsueuere, inde inferre neutrum, nõ ad vocem sed ad significatum respiciẽtes: vt Homerus, — νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε Κυανέη, τὸ μὲν οὔποτε λήγει. nam τὸ intulit, vt ad νέφος relatum. Et Thucydides, Ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι καὶ περὶ Λῆμνον καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις. nam λεγόμενον intulit, respiciẽs ad νόσημα.

A rectis in εύς plurales in εις, per ης scribũt, vt βασιλῆς, ἱππῆς. Et ει diphthongi ε in η vertunt: interdum & ι adscribũt, vt pro κλεῖδα, κληῖδα: & pro Ποσείδαον, Ποσηΐδαον.

Et οὐ negationem superuacuam sæpe accipiunt. vt Thucyd. in 3 histor. ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα, πόλιν ὅλην διαφθεῖραι, ἢ οὐ τοὺς αἰτίους, pro παρὰ τοὺς αἰτίους. Et Hom. Οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα Διῒ φίλον. Et Μὴ νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον. Sic & nos consueuimus sæpe negationibus vti. quale est illud, ἀπαγορεύω σοι μὴ ποιεῖν: pro ἀπαγορεύω σοι ποιεῖν. Et Theologus, ὃν οὐ προδώσομεν οὐδὲ καθυβρίσομεν, οὐ μὰ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀγῶνας, καὶ τὰ παλαίσματα.

Etiam πρὸς abundare his solet, vt Thucydides, καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν Ἀθηναίων ἐγένετο. pro αὐτῶν τῶν Ἀθηναίων. Et Aphthonius, τοιαῦται γὰρ ἀρεταὶ πρὸς βίαν ἔχουσι κτώμεναι, pro βίαν ἔχουσι.

Superuacua & καὶ coniunctio apud eos: & huius infinita exempla est inuenire. statim in tertio est videre hoc vtentem Thucydidem: ait enim, οἱ δὲ πολλῷ θορύβῳ καὶ πεφοβημένοι, τά τε ἐν τῇ πόλει καὶ τὸν ἀπόπλουν παρεσκευάζοντό τε ἅμα ἑξήκοντα νῆες.

Atticorum est & possessiua accipere pro primitiuis: vt παρθενικὴ pro ἡ παρθένος: & ipsa primitiua pro possessiuis: vt, — γυναῖκά τε θήσατο μαζόν: pro γυναικεῖον ἐθήλαζε μαζόν.

Accusatiuos etiam accipere pro genitiuis: vt Hesiodus, Ὅν τε διὰ pro δι' οὗ. Et Theologus, ὁ θυμὸς ἔστω σοι κατὰ μόνου τοῦ ὄφεως, δι' ὃν ἐξέπεσες: pro δι' οὗ ἐξέπεσες.

Consueuerunt præterea augmentis & alia augmenta superinducere: vt pro ἐβουλόμην, ἠβουλόμην: pro ἐδυνάμην, ἠδυνάμην: pro παρῴνηκα, πεπαρῴνηκα.

Et comparatiua pro simplicibus accipiunt, vt Thucydides in 3 Historiæ, τοὺς γὰρ ἀφισταμένους ἐν τοῖς πολεμίοις, καὶ συμμαχίαν τὴν πρὶν ἀπολιπόντας οἱ δεξάμενοι, καθ' ὅσον μὲν ὠφελοῦνται, ἐν ἡδονῇ ἔχουσι. νομίζοντες δὲ εἶναι προδότας τῶν πρὸ τοῦ φίλων, χείρους ἡγοῦνται. hic enim est χείρους pro κακούς. Et Homerus, Ζεῦ πάτερ, οὔτοι σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος. Et Theologus sermone in Christi natalem, καὶ ὥσπερ ἐκ τῶν χρηστοτέρων ἦλθε τὰ λυπηρὰ, οὕτω καὶ ἐκ τῶν λυπηρῶν ἐπανελθεῖν τὰ χρηστότερα. dixit enim pro ἀπὸ γὰρ τῶν χρηστῶν ἦλθε τὰ λυπηρά.

Vtuntur & superlatiuo pro comparatiuo sæpe. vbi enim dicendũ μελῳδέστερον πάντων, dicunt μελῳδέστατον.

Ου pro ο ε vtuntur, velut quum dicunt, τοὔνδυμα & τοὔγκλημα, & τοὔμπαλιν, pro τὸ ἔνδυμα, & τὸ ἔγκλημα, & τὸ ἔμπαλιν.

Rectos & accusatiuos eodem modo efferunt: vt, Ὦ οὗτος Αἴας, δεύτερόν σε προσκαλῶ.

Atticorum est etiã dicere, ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει: pro ὑπὲρ ὧν ἔπαθεν, extrinsecus accepta ὑπὲρ præpositione.

Atticè proferuntur per ει diphthõgum passiuorum secundæ personæ, vt ζηλωτὸς ἔσει, pro ἔσῃ. Atticum est est & λαβὲ pro λάβε.

Atticorũ est, & ᾔδειν pro ᾔδει: & ἐπεπύφειν pro ἐπεπύφει. vtũtur enim in plusquamperf. primis pers. pro tertiis.

Pro accusatiuo genitiuum accipiunt. vt Aristoph. Ἕως συνετρίβη τῆς κεφαλῆς, pro τὴν κεφαλήν.

Et pro ἐπὶ τὴν κεφαλὴν πεσεῖν, dicũt Attici Κατακάρα nõ diuisim, sed sub vno accentu. vt Pindarus, οἱ μὲν κατακάρα δεσμοῖσι δέδενται. pro ἐπὶ κεφαλήν.

Atticorum autem & pluralia singulariter pronuntiare, quemadmodum pro τοὺς Λακεδαιμονίους, dicere τὸν Λακεδαιμόνιον. vt orator in Philippicis, ἀλλὰ μὴν τόν γε Παίονα, pro Παίονας.

Atticorum etiam dicere βαδιστέα & ἀνυστέα, pro βαδιστέον & ἀνυστέον.

Apud eos præterea deficiunt imperatiua. vt apud Aristoph. Ὦ Ζεῦ διόπλα καὶ κατόπλα πανταχῇ, Ἐνσκευάσασθαί μ' οἷον ἀθλιώτατον. deest enim ποίησον.

Βόλιτον Attici dicunt sine β, quod nos βόλβιτον dicimus, videlicet κόπρον. i. stercus.

Atticum est etiam θέλει pro δύναται: vt Plato, τὰ χωρία οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν.

Et pro recto accusatiuum assumere. vt Aristoph. in Auibus, Ὡς τὸ δεινόν γε τὸν κήρυκα τὸν παρὰ βροτοὺς οἰχόμενον, εἰ μηδέποτε νοστήσει πάλιν. pro δεινόν γε εἰ μὴ νοστήσει πάλιν ὁ κῆρυξ ὁ παρὰ βροτοὺς οἰχόμενος.

Pro κράμβην, Κοράμβην dicunt. Atque hoc meritò. quia dicunt ab hac τὰς κόρας ἀμβλυώττεσθαι, [id est Pupillas hebetari.]

Atticorum etiã dicere τοῦ θράσους, & τῆς ἀναιδείας, pro ὦ τοῦ θράσους, & ὦ τῆς ἀναιδείας. Et apud Aristophanem, Ὦ Ζεῦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν.

Et vti participiis pro nominib⁹, vt in Ran. Aristoph. A
Εἰ τὰ τῶν καθοπτῶν ὦ δέσποτα; pro τῶν ἐδίμων. Et Hom. Τὴν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα, pro πινυτός.

Atticorum etiam hæc loquendi forma, εἰπὲ τόνδε, pro εἰπὲ περὶ τοῦδε. Aristoph. in Acharn. ἀλλὰ νῦν λέγε, εἴ σοι δοκεῖ, τὸν Λακεδαιμόνιον αὐτόν, ὅτῳ ἔστιν πω σου φίλον, ἤγουν περὶ τοῦ Λακεδαιμονίου αὐτοῦ.

Atticorum etiam πλεῖν, pro πλέον: & κᾆτα, & πώμαλα, ac ἦν δ' ὅς.

Et ponere ν superuacuum, vt Aristoph. in Ranis, Ἢ κνήματα πάσης τῆς αἰπυπάλου νᾶσου παρέχων τινὰ πίστιν, Ἢ καταπλεῖ τὴν ἑκαταίων, κυκλίοισι χοροῖσιν ὑπάδων, Ἢ ἐν μισθοῖς τῶν ποιητῶν ῥήτωρ ὢν εἶτ' ἀποτρώγει. B

Item λαμβάνεις ἔχων, & παίζεις ἔχων, Atticum.

Maximè verò Attica dialecto vſus eſt, quippe quæ ſit varia & ex aliis mixta. Nam quemadmodum Attici λεὼς pro λαὸς vſurpant, ita & ipſe Πηνέλεως & χρέως dicit. Eſt autem eis familiare contractionibus nonnunquam vti, & pro duabus vnam ſyllabam efficere, vt pro τὸ ἔπος τοὖπος, pro τὸ ἱμάτιον θοἰμάτιον. quibus hoc [Homeri] eſt ſimile, Τρῶες δ' ἐπεύκυψαν ἀολλέες: & πεδία λωπεῦντα, pro λωπεύοντα. Atticũ quoque eſt ex huiuſmodi optatiuis η tollere, δοκοίης, δοκοῖς, τιμώης, τιμῷς, ſecundum quem Atticiſmum dictum eſt, — ἄλλοι δ' ἐκκριθεῖτε τάχιστα. Atticum eſt etiam hoc, Οἱ πλέονες, κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους: quod nos κακίονες & ἀρείονες dicere ſolemus. Solent quoque huiuſmodi accuſatiuos non per διαίρεσιν efferre, βοῦς, ἰχθῦς, vt in hoc, βοῦς περιπεμνομένους: &, ἰχθῦς ὄρνιθάς τε. Et illud Atticè dictum eſt, οὐδέ τί μιν δινεῖ ῥήγνυσι ῥέοντες, vt ζεύγνυσι, ὄμνυσι. Præterea & breues vocales Attici ex verbis abiiciunt, vt pro λύεται λῦται, pro οἴομαι οἶμαι. ad quem modum & pro ἐλύετο dicunt λῦτο. Eorundem eſt dicere ἑώρων & ἐωνησάμην, ex abundanti addentium ε, vnde etiam eſt ἐῳνοχόει. Elidunt etiam ι, quum pro ἠϊόνες ἠόνες, & pro Νηρηΐδες Νηρῇδες dicunt. Sic verò & illud habet, σφῷ δὲ μάλ' ἠθέλετον. Denique in datiuis in ι purum deſinentibus, quorum penultima α obtinet, idem fit, vt in his κέρᾳ, γέρᾳ, σέλᾳ. Eſt & hoc Atticum, vbi dicitur ἔστων & ἐπέσθων, pro ἔστωσαν & ἐπέσθωσαν. Eiuſdem conſuetudinis eſt quòd optatiuos pro præteritis indicatiuorum vſurpant: qua & Homerus identidem vtitur. Præterea quum nominibus fœmininis articulos, participia, & adiectiua maſculina coniungunt, vt τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε: quod & Platoni familiare eſt, ἄγοντε καὶ φέροντε, & ἡ σοφὸς γυνή, & ἡ δίκαιος. Sic igitur & Homerus de Iunone & Minerua dixit, Οὐκ ἂν ἐφ' ὑμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ: & Ἤτοι Ἀθηναίη ἀκέων ἦν: & κλυτὸς Ἱπποδάμεια. Porro quum dialecti multam quoque in conſtructionibus proprietatẽ habeant, quando poeta dicit, Ἀλλ' ἄγ' ὀΐστευσον Μενελάου κυδαλίμοιο, Atticam conſuetudinem refert: & quãdo ait, δέξατό οἱ σκῆπτρον, & — θέμιστι δὲ καλλιπαρῄῳ Δέκτο δέπας, in his definit. Quo pacto igitur omnium Græcorum voces congerendo, variam orationem efficiat, dum vtitur nonnunquã peregrinis, vt ſunt prædictæ, aliquãdo verò priſcis, vt quum dicit ἄορ & σάκος, interdum etiam communibus & aſſuetis, vt quum dicit ξίφος & ἀσπίς, manifeſtum eſt. Sed eſt hoc admiratione dignũ, vulgares etiam dictiones apud eum orationis grauitatem retinere.

EX EODEM PLVTARCHO EXcerpta De tropis, & Homerico eorum vſu.

CAETERVM quoniã ornata oratio à cõmuni cõſuetudine diſcedit, vnde aut euidentior, aut grauior, aut modis omnibus iucũdior fit: & verborũ quidẽ immutatio, tropus, ſentẽtiarum autem, ſchema vocatur, & horum ſpecies in arte dicendi perſcriptæ ſunt: videamus num horũ aliquid ab Homero prætermiſſum ſit, núm ve aliud quiddam à poſteris inuentũ ſit, quod ille non prius dixerit.

Inter tropos igitur ὀνοματοποιΐα admodũ illi familiaris eſt. Nouerat enim priſcam nominum originẽ, ꝙ hi qui primitus nomina rebus indiderant, pleraque ab euẽtu appellaſſent, & inarticulatas voces in ſcripta retuliſſent, vt quũ dicerent φυσᾶν, & σφίζειν, & βροντᾶν, & quæ iſtis ſũt ſimilia. Vnde & ipſe quædã nomina prius non extantia ita finxit vt conformia eſſent rebus per ipſa ſignificatis: cuiuſmodi ſunt hæc, δοῦπος, ἄραβος, βόμβος, & ῥόχθει, ἀνέβραχε, & σίζε, aliáq; iſtiuſmodi, quib⁹ nemo ſignificantiora inuenerit. Et rurſus vbi alias voces ad alias res pertinẽtes aliis tribuit, vt quũ dicit φλέγμα κακὸν φορέουσα, [.i. malũ incendiũ ferens] efficaciã in conflagrando ſignificans: & quũ πυρετὸν dicit pro πῦρ, [i. ignẽ pro febre.] Quibus & hoc affine eſt, χαλκοτύπους ὠτειλάς. vult enim dicere, τὰς ὑπὸ τοῦ χαλκοῦ τετυπωμένας. Denique (vt ſũmatim omnia cõplectar) multa verborũ nouitate multa cũ licẽtia vſus eſt, alia quidẽ præter cõſuetudinẽ immutãs, alia verò eã ob cauſam inſigniora reddẽs, vt orationi decus & magnificentiam adderet. Præterea epithetorum copia illi eſt, quæ propriè & ſuo loco ſubiectis accõmodata, vim propriis nominibus æquipollẽte habent, vt quũ ſingulis diis ſingulas appellationes attribuit, Iouem μητιέτην & ὑψιβρεμέτην, & Solem ὑπερίονα, & Apollinem φοῖβον vocans. Iam abſo-

luta ὀνοματοποιΐα, alios quoque tropos videamus. A

Κατάχρησις quidem (quæ vsum ex eo quod propriè significatur, in aliud proprium nomen non habens, trãsfert) apud poetam est, vbi ait σειρὴν χρυσείην. [id est catenam auream] σειρὰ nãque funiculum propriè denotat. Et vbi dicit αἰγείην κυνέην. siquidem galea apud eum κυνέη appellatur, quòd ea olim ex canina pelle conficeretur. ibi verò & eam galeam caninam vocat quæ ex caprina pelle facta erat.

Μεταφορὰ autem, (quæ inde nomẽ sortita est quòd rem à propria significatione in aliam, cum conuenien- B tia vtriusque rei similitudine, transferat) & multa & varia apud illum est. vt illud,

Ἧκεν ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο. id est,
Cõtulit huc fracto se magni vertice mõtis. &,
Νῆσος, τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται, id est,
Insula, quam pontus circunluit atque coronat.

Quam enim rationem vertex in homine, eam & cacumen in monte: & quam corona ad eum cui imponitur, eandem & mare ad insulã habet. Porro affinibus pro propriis nominibus vtens, orationem non solùm C speciosiorem, verumetiam euidentiorem facit. Sunt autem variæ apud eum metaphoræ: quædam ab animatis ad animata, vt Φθέγξατο δ' ἡνίοχος νηὸς κυανοπρώροιο, [id est, Cæruleæ nauis sic est auriga loquutus] pro ναύτης, nauta. & Βῆ δὲ μετ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν, [id est, Iuit ad Atridem pastorem tot populorum] pro βασιλέα, regem. Aliæ autem ab animatis ad inanimata, vt ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης, [id est, sub extremum Idæ pedem] pro τὴν ὑπώρειαν, radices. Et οὖθαρ ἀρούρης, [vber agri] pro τὸ γόνιμον, fertilitas. Aliæ econtra D ab inanimatis ad animata, veluti σιδήρειον νύ τοι ἦτορ, (id est, ferreũ certè tibi pectus] pro σκληρὸν, durum. Postremò ab inanimatis ad inanimata, vt σπέρμα πυρὸς σώζων, [id est semen ignis seruans] pro γόνιμον ἀρχὴν.

Porro sicuti nominum, ita & verborum translationes apud eum sunt. quale est, Ἠϊόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω, (i. Littora nanque boant, feriente salo atque procellis) pro ἠχοῦσιν, sonant.

Alius deinde tropus (quæ μετάληψις vocatur) fit quando per cognominationẽ res diuersa significatur. vt, Ἔνθεν E δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσι. insulas. n. quæ propriè appellãtur ὀξεῖαι, significare vult. siquidẽ θοὸν & ὀξὺ idẽ declarant. Ὀξὺ autẽ non solùm velocitatem motus significat, sed etiam id cuius forma tendit in tenuitatẽ. Istiusmodi & hoc est, ἐγὼ δὲ θύωσα παρασάς.

Alius tropus συνεκδοχὴ vocatur, quando ex eo quod propriè significatur, aliud quiddam eiusdem generis intelligitur. éstque simili modo varius. Aut enim ex toto partem intelligimus, vt πρὸς τεῖχος ἐΰδμητον βόας αὔας. [id est, ad murum bene structũ boues torridos] F boum nanque appellatione corium ex quo scuta fieri solẽt, innuere vult. Aut ex parte totum, vt Τοίην δ' αὖ κεφαλὴν ποθέω. [id est, Huiusmodi autem caput desidero] nam voce capitis, totum hominem significat. Et quando pro Pulchra, λευκώλενος dicit, [id est, Candidis vlnis prædita] & pro Bene armati, ἐϋκνήμιδες. [id est Bene ocreati] Aut ab vno multa, vt quando ita de solo Vlysse dicit, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν. [id est Postquam Troiæ sacrum oppidum deuastauit] neque enim ille solus, sed vnà cum aliis Græcis Troiam euer- G tit. Econtra ex multis vnum, vt στήθεά θ' ἱμερόεντα, pro στῆθος. Præterea ex specie genus, vt μαρμάρῳ ὀκρυόεντι βαλών. marmor nanque saxi species est. Aut econtra, ex genere speciem intelligimus, vt Ὄρνιθας γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι. siquidem nõ quasuis ὄρνιθας, [id est aues] sed augurales tantùm dicere vult. Adhæc ex adiunctis, effectum rei, vt Πάνδαρος, ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν. [Pandarus, huic dono dedit arcum Phœbus Apollo] arcus enim nomine iaculandi peritiam notat. Et ἑζόμενοι λεύκαινον ὕδωρ. [id est, Sedentes dealbabant aquam] Et οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγόν. [id est, Tota die iugum mouebant] ex accidenti nanque in priori exemplo, Remigabant, in posteriori autem, Currebãt, intelligi debet. Insuper ex præcedẽti consequens, vt λῦσε παρθενικὴν ζώνην. [id est, Virgineam soluit zonam] ex eo nanque sequitur quòd vitiauerit. Et contrà, ex consequenti præcedens. vt quãdo pro φονεύειν, [.i. occidere] ἐναρίζειν dicit. i. spoliare.

Est autẽ & alius tropus μετωνυμία, quæ fit quando vocabulũ quod de re alia positum est, aliud quiddam secũdum relationem significat. quale est apud eundem,

Ἦμος ὅτ' αἰζηοὶ Δημήτερα βωλοτομεῦσι, id est,
Ast iuuenes terræ Cererem concredere pergũt.

Triticeum nanque fructum designat, quem sic à nomine Δήμητρος [id est, Cereris] inuentricis appellauit. Et vbi ait,

Σπλάγχνα δ' ἄρ' ἐμπείραντες, ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο.
Id est,
Viscera Vulcanum supra transfixa tenebant.

Nam Ἡφαίστου, [id est Vulcani] nomine ignẽ declarat. Porro affine iam dictis & hoc est, ὅς κεν ἐμῆς γε χοίνικος ἅπτηται. [i. qui meam chœnicem attigerit] ea nanque quæ in chœnice continentur, innuit.

Præterea & alius tropus ἀντονομασία vocatur, & fit quum epithetum aut consignificatiuum pro proprio nomine accipitur. vt,

Πηλείδης δ' ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν
Ἀτρείδην προσέειπε. Id est,
Æacides Atriden rursus voce petulca
Increpuit.

Per hæc enim nomina Achillem & Agamemnonem intelligit. Et rursus, Θάρσει Τριτογένεια, φίλον τέκος.

Id est,
Sis animo fidens Tritonia, filia chara.

Et alibi, Φοῖβος ἀκερσεκόμης. [i. Phœbus intonsus] Illic enim Mineruã, hîc verò Apollinem denotat.

Est & ἀντίφρασις, dictio quæ contrarium quàm præ se fert, significat. vt in hoc,

Οὐδ' ἄρα τώ γε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς. Id est,
Hos vbi conspexit, nõ est lætatus Achilles.

Contrarium enim dicere vult, nẽpe quòd his conspectis indoluerit.

Est & ἔμφασις, quæ animi cogitatione vehementiam dicto addit. vt,

Αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν ὃν κάμ' Ἐπειός. Id est,
Ast in equum descendentes, quem struxit Epeus.

Dum enim inquit κατεβαίνομεν, equi magnitudinẽ declarat. Simile autem illud est, Πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι. [i. Totus enim gladius sanguine incaluit] Per hoc enim maiorem emphasin ostendit, quòd ait ensem adeo sanguine tinctũ fuisse vt incaluerit. Atque huiusmodi quidem tropi qui sic vocantur, ab Homero ficti sunt.

DE SCHEMATIS, ET HOMErico earum vsu, ex eodem Plutarcho.

VIDEAMVS autẽ nunc & eas constructionis mutationes quæ σχήματα [hoc est figuræ] appellantur, ipse quoq; Homerus primus inuenerit. Porro schema est sermo à communi consuetudine recedens, ornatus seu vtilitatis gratia secundum quandam fictionem mutatus. Dicendi nanque varietas orationem nõ solùm venustiorem, sed etiam stylum grauiorem efficit. Vtilis autem est, quòd rerum qualitatem ac vim extollit, intenditque.

Inter schemata autem πλεονασμῷ nonnunquam metri causa vtitur. vt in hoc,

Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα. id est,
Auri autem appendens Vlysses decẽ tota talẽta.

Vox enim πάντα, nihil ad sensum faciens, adiicitur. Est etiam quando ornatus causa fit. vt,

Ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. id est,
Certè omnino mortuus est Menœtii strenuus filius.

Vox nanque μάλα Attica consuetudine abūdat. A

Nōnunquā verò pluribus vocib⁹ significatū refert. quæ figura περίφρασις appellatur, vt quū dicit υἷας Ἀχαιῶν, pro Ἀχαιούς, [filios Græcorum pro Græcos] & βίην Ἡρακληείην, pro Ἡρακλέα, [vim Herculeā, pro Herculē.] alia verò per mutationem figuratè dicit, dum consuetam structurā inuertit: & dictionem in medio interponit: quæ figura ὑπερβατὸν vocatur. vt in hoc,

Αἱματόεις, ὥς τίς τε λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς,

pro eo quod est, λέων ταῦρον κατεδηδώς. ac dictionē quidem sic transponit per ὑπερβατόν. Aliquando verò totā orationem: vt in hoc, B

— Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, ἀμφὶ δὲ νῆες
Σμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν,
Μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.

Ordo nanque orationis est, Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.

Eiusdem speciei figura est quæ παρεμβολὴ vocatur, & fit quando extrinsecus quædam nihil ad institutum pertinentia interseruntur: quæ etsi quis eximat, tamen cō structioni nihil decedit. vt est illud,

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
Οὐδ' ἀναθηλήσει. περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε. C

id est,

Iuro per hoc sceptrum, quod nec folia vlla nec vllos
Ramos producet, postquā trūco illud ademptū.
Nam librum illius ferrum circumvndique rasit.

& cætera quæcunque de sceptro dicit. Tandem quod principio quadrat, infert, D

Ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν. id est,
Certè olim cupiet Peliden turba Pelasga.

Est autem apud eum & παλιλλογία, hoc est, repetitio alicuius partis orationis, aut plurium vocum quæ repetūtur: quæ figura etiā ἀναδίπλωσις appellatur. quale est,

Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ. Id est,
Hunc aduersus eo, quanuis sit flammea dextra,
Flammea dextra licet, vis ignea denique ferri.

Aliquando verò interseruntur alia quædam, & eadem rursus repetuntur: vt in hoc, E

Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας,
Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν. Id est,
Ille quidē Æthiopas adiit, procul inde colentes,
Æthiopas reliquis diuisos partibus orbis.

Hæc autem figura non solùm dicētis affectum declarat, sed etiam auditorem mouet.

Eiusdem generis est & ἐπαναφορά, quum ab initio plurium membrorum eadē particula repetitur. cuius exēplum apud poetam hoc est, F

Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς Χαρόποιό τ' ἄνακτος,
Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.

Id est,

Nireus tres Syma naues adduxit & ipse,
Nireus Aglaia Charopóque potente creatus,
Nireus quo Troiam venit non pulchrior alter.

Estque similiter & hæc figura affectui mouendo & suauiloquentiæ perquam familiaris.

Est præterea apud eum & ἐπάνοδος, quæ fit quando duas res & nomina proponens aliquis, sensu nondum finito, ad vtrunque nominum redit, ac sententiæ defectū complet: vt in illo, G

Ἄρης τε βροτολοιγός, Ἔρις τ' ἄμοτον μεμαυῖα,
Ἡ μέν, ἔχουσα κυδοιμὸν ἀναιδέα δηϊοτῆτος·
Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα.

Id est,

Mars homicida, dea & Contētio litigiosa,
Hæc etiam turbas ciet, ac hostilia multa:
Mars autē manibus prægrandem cōcutit hastā. H

Officium autem schematis istius est, orationem variegatam & perspicuam reddere.

Ad hæc, schema apud illum est ὁμοιοτέλευτον, in quo mēbra in voces sono similes desinunt, easdē in fine syllabas habentia. vt est,

Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

Et in illo,

Οὔλυμπόνδ', ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἔμμεναι, οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Quando verò in nomina quæ similiter declinantur, periodi seu membra desinūt, idque in eodem casu fit, ὁμοιόπτωτον propriè nuncupatur. quale est,

Ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων,
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων.

Prædicta autem & his similia, multum gratiæ & voluptatis addunt orationi. Cæterùm specimen industriæ suæ circa compositionem dedit, quod sæpenumero duabus etiam figuris in iisdē versibus est vsus, nimirum τῇ ἐπαναφορᾷ, & τῷ ὁμοιοτελεύτῳ. vt in illo,

Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω·
Εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσι.

Sub his illud schema continetur quod πάρισον appellatur, fitque ex duobus aut pluribus membris pares inter se voces habentibus. Huius verò Homerum primū autorem esse constat, qui dixit,

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι,
Μῆνιν μὲν ἀπορρῖψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι.

Quòd verò & hæc figura multum ornatus in dicendo habeat, nemini obscurum est.

Porro eandem gratiā & παρονομασία habet, quando præter nomen de quo agitur, aliud ei simile statim modico spatio interiecto subiungitur. quale est hoc,

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος παῖς, κρατερὸς Λυκόεργος.

Et illud,

Τῶν ἦτοι Πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν.

Cæterùm prædicta aut per pleonasmum, aut per alium quempiam schematismum, figuratè dicuntur: alia verò per vocabuli defectum, quorum è numero & ea figura est quæ ἔλλειψις appellatur, quando etiam omissa aliqua voce sensus ex prædictis patet. quale est,

Δώδεκα μὲν σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων,
Πεζὸς δ' ἕνδεκά φημί.

Deest enim ἀλαπάξαι, [i. vastasse] sed ex prædictis intelligitur. Illud quoq; per ἔλλειψιν [i. defectū] dicitur,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Deest enim verbum ἐστί. Item hoc,

Ὢ πόποι, ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείαο. Deest enim verbum πάρεστι, vel συμβέβηκεν, aut aliquod huiusmodi.

Tale est etiam ἀσύνδετον, quum eximuntur σύνδεσμοι [id est coniunctiones] orationem coniungentes. quod nō solùm celeritatis gratia fit, sed & emphasis affectu plenæ. quale est istud,

Ἤομεν, ὡς ἐκέλευες, ἀνὰ δρυμά, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ·
Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης.

In his enim & cōiunctio exēpta est, dum is qui loquitur, celerrimum enuntiationis modum quærit.

Est inter schemata id quoque quod ἀσύντακτον appellatur, siue ἀλλοίωσις: quum consueta structura fit ἀλλοία, [id est diuersa] redditúrque varia: vt ornatum aut venustatem orationi afferat, dum consueta quidem structura non videtur esse ἀνακόλουθος, [id est inconsequēs] sed relatio ad peculiare quidpiam, habet ἀκολουθίαν. [id est consequentiam] Contingit autem multifariā, quum nominum genera permutantur. quale est κλυτὸς Ἱπποδάμεια, pro κλυτή. Et θῆλυς ἐέρση, pro θήλεια. Veteribus nanque familiare fuit, masculinis pro fœmininis etiam vti, tanquam præstantioribus & vehementioribus. Nec tamen immodicè, nec citra certam rationem hoc fecerunt: sed quū epitheto vtendum fuit, quod est extra corpus cuius mentio fiebat. Illa nanque circa corpus versantur, vt μέγας, & ἡ μεγάλη, [id est, magnus & magna] item ὁ καλὸς, & ἡ καλή, [id est, pulcher & pulchra] & huiusmodi. Extra corpus autem, vt ἔνδοξος, [id est gloriosus] & ἀτυχής, [id est fortunatus] Quinetiam propter compositionem vtrunque genus admittunt. Generaliter enim omnia composita vtriusque generi communia sunt. Præterea quum verbum masculino & fœminino nomini commune subiūgitur, aut participiū, masculinū præualet: vt in hoc,

Παρθενικαί τε καὶ ἤϊθεοι ἀταλὰ φρονέοντες. A

Quædam etiam sunt quæ præter dialectorum proprietatem, aut morem tum receptum, aliter ab eo dicuntur. quale est,

— ἴχει δέ τε κίονας αὐτὸς Μακράς.

SAEPENVMERO autem & metri causa genera commutat, vt in hoc,

Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ τέκνον φίλε τοῦτο δίδωμι.

Quum enim nomē τέκνον neutrius sit generis, ei subiunxit masculinum φίλε, vocem nimirum ad personam referens. B Simile est & illud quod à Dione ad Venerem dicitur,

Τέτλαθι τέκνον ἐμὸν, καὶ ἀνάσχεο, κηδομένη περ.

Eandem quoque rationem habet & illud,

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο,
Σκῆπτρον ἔχων.

Participium nanque ἔχων [id est tenens] non ad ψυχὴν, sed ad genus corporis, hoc est ad ipsum Tiresiam, accommodauit. Plerunque enim non ad dictionem, sed ad id quod significatur, respicit. vt in hoc,

Πᾶσιν ὀρίνθη θυμός. ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες C
Ἐλπόμενοι περὶ ναῦφιν ἀμύμονα Πηλείωνα.

Illud enim ἐλπόμενοι non cum φάλαγγες est construendum, sed cum [subaudito] ἄνδρες, ex quibus illæ constant.

Præterea & secundum aliam rationem genera permutat: vt quum dicit,

— νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε Κυανέη· τὸ μὲν οὔποτε ἐρωεῖ.

Quum enim νεφέλη & νέφος eiusdē significationis sint, & antè vsus esset nomine νεφέλη, articulum τὸ neutrius generis intulit, vt quo νέφος subintelligeretur. Huic autem speciei similes quoque hi sunt versus, D

Τῶν δ' ὥστ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ,
Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι.

Etenim quū generale auium nomen in neutro genere præmisisset, [τὰ πετεηνὰ] ac deinde illarum species in masculino subiunxisset, rursus neutraliter infert, κλαγγηδὸν προκαθιζόντων: reddens videlicet id quod generali auium nomini conuenit.

NON SOLVM autem genus, sed & numerum poeta sæpe commutat. veluti quum dicit, E

— ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἀπονέοντο.

Præposito enim singulari, pluralem subiunxit, dū videlicet sensum magis quàm vocem respicit. nanque πληθὺς [id est multitudo] appellatione quidem singularis numeri est, multos autem in se complectitur.

Porro simile est à contrario, quando plurali præposito singularis subiungitur: vt in hoc,

— οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες, Πρόσσω πᾶς πέταται. dictio enim πᾶς voce quidem singularis est, sed dum ad multitudinem refertur, idem pollet quod πάντες. F Eandem schematis formam & illud habet,

Οἱ δὲ Πύλον Νηλῆος ἐϋκτίμενον πτολίεθρον
Ἷξον· τοὶ δ' ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον.

Pylii nanque intelliguntur.

FIT APVD EVM & casuum mutatio, vt quum nominatiuus & vocatiuus in talibus commutantur,

Αὐτὰρ ὁ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι. &, νεφεληγερέτα Ζεύς. &, Δὸς φίλος· οὐ γάρ μοι δοκέεις ὁ κάκιστος Ἀχαιῶν. G

Genitiuus autem & datiuus in huiusmodi commutantur,

Τρωσὶ μὲν προμάχιζεν Ἀλέξανδρος θεοειδὴς, pro τῶν Τρώων.

Et vicissim, Ἡ δ' αὐτοῦ τρέσσασα περὶ σπέος γλαφυροῖο, pro περὶ σπέϊ.

Atque mutationis istius causa est, quòd nominatiuus, accusatiuus & vocatiuus quandam inter se cognationem habere videantur, præsertim quum nomina neutrius generis, & pleraque masculina ac fœminina, tres istos casus similes habeant. H Similiter autem & genitiuus cum datiuo quandam affinitatem habet, idque in duali omnium vocum numero deprehenditur. Quo fit vt & Homerus casus haud immeritò præter consuetudinem mutet. Nonnunquam verò rationes quoque istius mutationis, inuenire quis possit. vt in hoc, ἐπισσεύμενοι πεδίοιο. & in hoc, διέπρησσον πεδίοιο, quod perinde est atque ἐπέρων διὰ τοῦ πεδίου. A

Bellè autem & casuum permutatio apud illum se habet, in vtriusque poematis exordio, in quibus præposito accusatiuo, nominatiuum intulit: dicens,

Μῆνιν ἄειδε θεὰ, — ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε.

Item,

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη.

B Est etiam quando genitiuo rectum infert, vt in hoc,

Τῶν οἳ νῦν βροτοί εἰσι.

Multa & alio modo figuratè dicit: quale est hoc,

Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα
Ἤματι τῷ ὅτε νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον
Ἀργεῖοι, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες,
Ἀστράπτων ἐπιδέξι', ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Huic simile est & illud,

— ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς, — ῥίμφά ἑ γοῦνα φέρει.

C Et hoc quidem secundum veterem consuetudinem extulit, idque non sine ratione. Siquis enim participia in verba dissoluat, consequentiam orationis deprehendet. Siquidem ἀστράπτων idem valet quod ἤστραπτε, & πεποιθὼς idem quod πέποιθε. His & illa sunt affinia,

Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει.

Item,

Τὼ δὲ διακρινθέντε, ὁ μὲν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν
Ἤϊ', ὁ δ' ἐς Τρώων ὅμαδον κίε.

Non enim ratione caret siquis de duobus aliquibus dicturus, D nominatiuum casum præponat, & eo quod ipsorum vtrique commune est, obseruato, commune orationis genus efficiat. Id autem quod in oratione commune est, multum gratiæ illi afferre, nemini obscurum est. Denique est & vbi casu communi præposito, sermonem de vno infert: vt in hoc,

Ἄμφω δ' ἑζομένω, γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς.

NOMINVM autē species immutat, dū sæpenumero comparatiuum pro absoluto, tanquam per hyperbolen, vsurpat, vt σαώτερος ὥς κε νέηαι. E

Nonnunquam verò superlatiuum itidem pro positiuo: sicuti hoc, δικαιότατος Κενταύρων. Talis in nominibus quidem mutatio est.

IN VERBIS autem fit mutatio: modorum quidem, veluti quum infinitiuus pro imperatiuo sumptus fuerit. vt,

Θαρσῶν νῦν Διόμηδες ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι, pro μάχου. Aut indicatiuus pro optatiuo: vt,

Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω, pro μυθησαίμην & ὀνομήναιμι.

F Et vicissim optatiuus pro indicatiuo: vt,

Καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης, pro ἀπώλετο.

Temporum autem mutatio fit, quum præsens pro futuro positum fuerit: vt in hoc,

Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν, pro ἐπελεύσεται. Aut pro præterito: vt,

Ἔνθ' ἤτοι πλυνοὶ ἦσαν ἐπηετανοὶ, πολὺ δ' ὕδωρ
Καλὸν ὑπεκπρορέει, pro ἔρρεε.

Aut futurum pro præsenti: vt,

Οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

G Aut pro præterito, Δείδω μὴ δὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἴπῃ, pro εἶπε.

Quinetiam diatheses [verborum] sæpius mutantur, & passiua aut media pro actiuis ponuntur: veluti,

Ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος, pro εἷλκε.

Item,

Καθορώμενος Αἴας, pro ὁρῶν.

Vicissimque actiuū pro passiuo vsurpatur: vt,

Δωρήσω τρίποδα χρυσούατον, pro δωρήσομαι.

Est etiam cernere quomodo numeros immutans, pluralem pro singulari ponat, H velut in familiari sermone, quum quis de seipso loquitur: veluti,

Τὸν ἀμόθεν γε θεὰ θύγατερ Διὸς εἰπὲ καὶ ἡμῖν. pro ἐμοί.

Fit autem apud illum & personarum mutatio, idque vno quidem modo sic,

Ἄλλοι μὲν γὰρ πάντες, ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ,
Σοί τ' ἐπιπείθονται, καὶ δεδμήμεσθα ἕκαστος.

Multi nanque quum dii essent, (inter quos & ea persona erat quæ loquebatur) bellè vtrunque extulit, & ἐπιπείθονται & δεδμήμεσθα.

Illo autem modo, quum missa facta ea persona de qua verba faciebat, ab altera ad alteram transit. id quod ἀποστροφὴ propriè nominatur. atque per mimesin auditorem mouet & ducit. cuiusmodi hoc est,

Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας,
Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ' ἔναρα βροτόεντα.
Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωσε νοήσω.

Id est,

Hector voce iubet clara Teucros agitare ad
Naues, exuuiásque sinant vt quisque cruentas.
Quem verò ratibus cernam procul ire relictis.

A narratione nanque transitum fecit ad mimesin.

In ipsa verò etiam narratione, τῇ ἀποστροφῇ sæpe vtitur: vt,

Ἀμφί σε Πηλέος υἱὲ μάχης ἀκόρητοι Ἀχαιοί.

Verùm & per mimesin, mutatione personarum vtitur: sicuti in illo,

— ἦ δὴ παισὶν ἐοικότες ἀγοράασθε
Νηπιάχοις, οἷς οὔ τι μέλει πολεμήια ἔργα.
Ἀτρείδη, σὺ δ' ἔθ' ὡς πρὶν ἔχων ἀστεμφέα βουλὴν,
Ἄρχευ' Ἀργείοισι κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας.

Id est,

Reuera pueris par est hæc concio vestra
Insipidis, quibus haud curæ sunt bellica facta.
Ast Atrida, prius veluti consultus eras, nunc
Præcipe Graiugenis quo pacto pugna ineunda.

Est & alia ἀποστροφῆς species huiusmodi,

Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη. Ponitur enim pro οὐκ ἄν τις γνοίη.

Et rursum,

— ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει
Θεσπεσίη, τότ' ἂν οὔ τοι ἀποσχέσθαι φίλον ἦεν.

PARTICIPIIS quoque loco verborum vtitur: vt in hoc,

ἐνὶ Κύπρῳ Καρπῷ βεβριθομένη, pro βέβριθεν.

Hoc item,

Ἔνθ' οἵ γ' εἰσέλασαν πρὶν εἰδότες, pro πρὶν εἰδέναι.

ARTICVLOS quoque sæpe cõmutat, pro postpositiuis præpositiuos vsurpans: veluti,

Τοὺς ἔτεκε Ζεφύρῳ ἀνέμῳ Ἅρπυια ποδάργη.

Item,

Θώρηχ' ὃν οἱ ἀπώλεσε πιστὸς ἑταῖρος. quod viceuersa etiam accidit.

PRAEPOSITIONES quoque ad hũc modum cõmutare solet. vt,

Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, pro ἐπὶ δαῖτα.

Item,

Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν.

Similiter & præpositioni casum nominis non proprium infert, vt in isto, Μή πως καὶ διὰ νύκτα μενοινήσωσι μάχεσθαι, pro διὰ νυκτός.

Nonnunquam verò præpositiones aufert: vt,

Τῆς ὅγε κεῖτ' ἀχέων, pro περὶ ἧς.

Item,

— ποτιδέγμενος εἴ τι μιν εἴπῃ, pro προσείπῃ.

Ad hunc modum & alias præpositiones partim cõmutat, partim tollit.

ADVERBIA etiam quædam mutat, dum iis quæ ad locum significant, in loco, & de loco, indifferenter vtitur: vt,

Υἱάσι δ' ἑτέρωσε κάθιζον, pro ἑτέρωθι.

Item,

Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθεν, pro ἐγγύς.

CONIVNCTIONVM etiam mutatio apud illum extat. quale est,

— ἀνῆ δ' οὔποτ' ἔμικτο χόλον δ' ἀλέεινε γυναικός,
pro χόλον γὰρ ἀλέεινε γυναικός.

Atque hæc quidem dictionis schemata sunt, quibus non solùm poetæ, verùm etiam orationis solutæ scriptores vsi sunt.

A CÆTERVM & schematũ sentẽtiæ species multæ apud illum sunt. qualis est & προαναφώνησις, quæ fit quando aliquis inter narrandum, id prædicit quod in aliis dicendi locum habet: sicut in hoc,

Ἤτοι οἶσόν γε πρῶτος γεύσεσθαι ἔμελλεν.

Item ἐπιφώνησις. quale est, ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

Est & προσωποποιΐα apud eum frequens & varia. multas enim & diuersas personas colloquentes introducit, quibus & omnis generis mores attribuit: personas verò etiam quæ non sunt, interdum fingit. vt,

B Ἦ κε μέγ' οἰμώξειε γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς.

Est autem [apud eum] & διατύπωσις, accurata tractatio rerum aut factarum, aut quæ fiunt, aut futurarum: vt id quod dicitur, euidentius reddat. veluti hîc,

Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει,
Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας.

Id est,

Sternunt Marte viros, vrbem depascitur ignis:
Ast alii abducunt prolem cum matribus omnem.

Aut ad mouendam misericordiam,

C Δύσμορον, ὅν ῥα πατὴρ Κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῷ
Αἴσῃ ἐν ἀργαλέῃ φθίσει, κακὰ πόλλ' ἐπιδόντα,
Υἷάς τ' ὀλλυμένους, ἑλκυσθείσας τε θύγατρας,
Καὶ θαλάμους κεραϊζομένους, καὶ νήπια τέκνα
Βαλλόμενα προτὶ γαίῃ, ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι,
Ἑλκομένας τε νυοὺς ὀλοῇς ὑπὸ χερσὶν Ἀχαιῶν.

Hoc est,

Me miserum, extrema cui tristia fata senectæ
Iuppiter immittet, quem cernere tanta coegit
Tótque mala: occisos natos, raptásque puellas,
D Pollutos thalamos, allisos denique terræ
Infantes, ardente feri certamine Martis:
Atque nurus ipsas abductas hoste Pelasgo.

Est & εἰρωνεία apud eum, sermo per contrarium (cum quadam morali simulatione) contrarium declarans. quale est hoc Achillis,

Ἀλλ' Ὀδυσεῦ, σὺν σοί τε καὶ ἄλλοισιν βασιλεῦσι
Φραζέσθω νήεσσιν ἀλεξέμεναι δήϊον πῦρ.

Hoc item,

— ὁ δ' Ἀχαιῶν ἄλλον ἑλέσθω
E Ὅστις οἷ γ' ἐπέοικε, καὶ ὃς βασιλεύτερός ἐστιν.

Id est,

Sed Laertiade, tecum consultet, & omni
Concilio regum, quo pellat nauibus ignem.

Item,

— alium legat inter Achiuos
Ipsum qui deceat, regno qui dignior illo.

Declarat enim eum haud facilè alium regno digniorẽ inuenturum. Atque hic quidem modus est, quãdo aliquis se extenuat, vt cõtrariam sui existimationem præbeat. Alius autem, quando quis se quempiam maxi-
F mè laudare simulat, quũ re vera vituperet. Atque hoc est quod apud Homerum à Telemacho dicitur,

Ἀντίνο', ἦ μευ καλὰ, πατὴρ ὣς, κήδεαι υἷος.

Inimico nanque dicit, Tanquam pater filium, sic me curas. Et rursus, quando quis irridendi gratia alterũ extollit. vt proci,

Ἦ μάλα Τηλέμαχος φόνον ἡμῖν μερμηρίζει.
Ἤ τινας ἄξει ἀμύντορας ἐκ Πύλου ἠμαθόεντος,
Ἤ νυ καὶ ἐκ Σπάρτηθεν. ἐπεί νυ περ ἵεται αἰνῶς.

Id est,

Telemachus cædẽ haud dubiè nobis meditatur,
Auxilium ex Sparta cogens, Pyliisque disertis.
Multum nanque sibi tribuit sumitq; adolescens.

Est & σαρκασμὸς, quædam τῆς εἰρωνείας species, quando quis per contrarium alicui conuitians, risum simulat. quemadmodum Achilles,

Τοῖσι μὲν ἔμπεδα κεῖται, ἐμεῦ δ' ἀπὸ μούνου Ἀχαιῶν
Εἵλετ', ἔχει δ' ἄλοχον θυμαρέα, τῇ παριαύων
Τερπέσθω.

G Id est,

Salua manent aliis sua dona, sed vnus Achilles
Munere fraudatur, licet illi grata sit vxor
Atridæ, cum quã cumbens se oblectet amanter.

His ἀλληγορία haud dissimilis est, quæ aliud per aliud exhi

bet. quale est istud,

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ Μελανθεὺς ἤματα φυλάξεις,
Εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ καταλέγμενος, ὥς ἐπέοικε.

Id est,

Atræ noctis eris custos, vigilatque Melanthi,
In tenero strato cubitans, ceu maximus heros.

Vinctum nanque & suspensum, in cubili delicato somnum capere dicit.

Vsus est sæpenumero & τῇ ὑπερβολῇ, quæ veritatem superans, multum vehementiæ ostendit. vt,

Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι,

Id est,

Hi candore niuem superant, cursuque Aquilonem.

Huiusmodi tropis & figuris Homerus ita vsus est, & ad posteros vsum eundem transmisit, vt ob hæc ingentem gloriam ab omnibus meritò reportet.

ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ ΛΕΞΕΩΝ,

ἐκ τῶν τοῦ γραμματικοῦ Τρύφωνος.

Τὰ τῶν λέξεων πάθη εἰς δύο γενικώτατα διαιροῦνται, ποσόν τε καὶ ποιόν. καὶ τοῦ μὲν ποσοῦ εἴδη, Ἔνδεια, καὶ Πλεονασμός· τοῦ δὲ ποιοῦ, Μετάθεσις καὶ Μετάληψις. ἀμφοτέρων δὲ ὁμοῦ συνελθόντων, Τμῆσις γίνεται. ἔστι δὲ (ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν) πάθη πέντε, Πλεονασμὸς, Ἔνδεια, Μετάθεσις, Μετάληψις, Τμῆσις.

DE PASSIONIBVS DICTIOnum, ex Tryphone grammatico.

Dictionvm passiones in duo generalissima diuidũtur, [videlicet] in quantitatẽ & qualitatem. Quantitatis quidẽ sunt species, Endeia & Pleonasmus: sed Qualitatis, Metathesis & Metalepsis. Quũ autem ambo in vnum cõuenerunt, Sectio fit. Sunt verò (vt summatim dicã) passiones quinque, Pleonasmus, Endeia, Metathesis, Metalepsis & Tmesis.

ΠΛΕΟΝΑΣΜΟΣ.

Πλεονασμὸς [id est Redundantia] est περιττότης χρόνων ἢ χρόνου, στοιχείων ἢ στοιχείου. id est, superfluitas temporum vel temporis, elementorum vel elementi, vt κώρη pro κόρη, & κάλλος pro καλός.

ἜΝΔΕΙΑ.

Ἔνδεια, [id est Defectus] est contrà χρόνου ἢ χρόνων, στοιχείου ἢ στοιχείων ἐλάττωσις, id est temporis vel temporum, elementi vel elementorum defectus. vt εἴδολον pro εἴδωλον, & σκῆπτον pro σκῆπτρον.

ΜΕΤΆΘΕΣΙΣ.

Μετάθεσις, [id est Transpositio] est στοιχείου μετακίνησις ἐκ τῆς ἰδίας τάξεως ἐφ' ἑτέραν, id est, elementi dimotio à propria sede in aliam, vt δαρτὰ pro δρατὰ, & κραδία pro καρδία. & κάρτος pro κράτος. Vocatur autem & Ἐναλλαξις & Ὑπέρθεσις, Permutatio & Trāspositio.

ΜΕΤΆΛΗΨΙΣ.

Μετάληψις, [id est Transumptio] est στοιχείου μετακίνησις, id est, elementi mutatio, vt ἠπεδανὸς pro ἀπεδανὸς, & αἱμηπότης pro αἱμοπότης.

ΤΜΗ͂ΣΙΣ.

Τμῆσις, [id est Sectio] est συνθέτου λόγου διάλυσις εἰς δύο λέξεις, id est, cõpositi vocabuli resolutio in duas dictiones, vt ἄκρα πόλις pro ἀκρόπολις.

Τούτων δὲ τῶν πέντε παθῶν τὰ μὲν εἰς εἴδη τέμνεται, ὅ, τε Πλεονασμὸς, καὶ ἡ Ἔνδεια· τὰ δὲ λοιπὰ, εἰσὶν ἄτμητα. Τοῦ δὲ πλεονασμοῦ εἴδη εἰσὶν ἐννέα, Πρόσθεσις, Ἀναδίπλωσις, Ἔκτασις, Ἐπέκτασις, Διαίρεσις, Παρένθεσις, Διπλασιασμός, Παρέμπτωσις, καὶ Προσχηματισμός. Τῆς δὲ ἐνδείας εἴδη εἰσὶν ἐννέα, Ἀφαίρεσις, Ἆρσις, Συστολὴ, Συγκοπὴ, Συναλοιφὴ, Ἔλλειψις, Παρέλλειψις, Ἔκθλιψις, καὶ Ἀποκοπή. Ἀντίκειται οὖν Πρόσθεσις μὲν Ἀφαιρέσει, Ἀναδίπλωσις δὲ Ἄρσει, Ἔκτασις Συστολῇ, Ἐπέκτασις Συγκοπῇ, Διαίρεσις Συναλοιφῇ, Παρένθεσις Ἐλλείψει, Διπλασιασμὸς Παρελλείψει, Παρέμπτωσις Ἐκθλίψει, Προσχηματισμὸς Ἀποκοπῇ.

Harum autem quinque passionum aliquæ in species secantur, vt Pleonasmus & Endia, id est Redundantia & Defectus: aliquæ vero sunt insecabiles. Sed Pleonasmi species sunt nouem, Additio, Reduplicatio, Extensio, Superextensio, Diuisio, Interpositio, Duplicatio, Paremptosis & Proschematismus. Endiæ autem, id est Defectus, species sunt nouem, Detractio, Ablatio, Correptio, Concisio, Synalœphe, Ellipsis, Parellipsis, Elisio, & Abscisio. Aduersatur ergo Additio quidem Detractioni, Reduplicatio autem Ablationi, Extensio Correptioni, Superextensio Concisioni. Diuisio Synalœphæ, Interpositio Ellipsi, Geminatio Parellipsi, Paremptosis Elisioni, Proschematismus Abscisioni.

ΠΡΌΣΘΕΣΙΣ.

Πρόσθεσις, (i. Additio) est προσθήκη στοιχείου κατ' ἀρχὴν τῆς συλλαβῆς, id est, adiunctio elementi in principio syllabæ, vt ἀσταφὶς pro σταφὶς. ἄσταχυς pro στάχυς, ἅμα pro ἅμα.

ἈΝΑΔΙΠΛΩΣΙΣ.

Ἀναδίπλωσις, (i. Reduplicatio) est ἡ τῶν πρώτων ἢ δευτέρων συλλαβῶν διὰ τῶν αὐτῶν συμφώνων ἢ ἀντιστοίχων ἐπάλληλος ἐκφορά. i. primarum vel secundarum syllabarum per easdem consonantes, vel ἀντιστοίχους, repetita prolatio. Fit autem in verbis & participiis & nominibus: estque frequens apud Ionas & Æoles, vt κεκάμωσι pro κάμωσι, λελάχωσι pro λάχωσι, ἀπαρτηρὸς pro ἀτηρὸς, ἐτήτυμον pro ἔτυμον.

ἜΚΤΑΣΙΣ.

Ἔκτασις, (i. Extensio, siue Productio) est ὅταν τὰ συστελλόμενα δίχρονα ἐκταθῇ, ἢ τὰ βραχέα ἐς τὰ μακρὰ ἀντίστοιχα αὐτῶν μεταπέσῃ. id est, quãdo literæ correptæ bitemporeæ extenduntur, siue producũtur, vel breues in longas earũ ἀντιστοίχους mutantur. vt κάλλος pro καλὸς, κώρη pro κόρη.

ἘΠΈΚΤΑΣΙΣ.

Ἐπέκτασις, (i. Superextensio, siue Superproductio) est πλεονασμὸς συλλαβῆς κατὰ μέσον ὁμοτόνου, ὅταν μὴ γενικὸν παρατήρημα κωλύσῃ. i. redundantia syllabæ in medio, quæ eiusdem est accentus, quum generalis obseruatio id [fieri] non prohibet. vt ἀτείχεον pro ἄτειχον, & ἀδελφειὸς pro ἀδελφός, πολεμήϊα pro πολέμια.

ΔΙΑΊΡΕΣΙΣ.

Διαίρεσις, (i. Diuisio) est συλλαβῆς ἀνάλυσις ἢ διάστασις εἰς δύο. i. syllabæ resolutio vel disiũctio in duo. Sed hæc passio, Ionum & Thessalorum propria est, vt πάϊς pro παῖς, & κοΐλον pro κοῖλον, & βέλεος pro βέλους.

ΠΑΡΈΝΘΕΣΙΣ.

Παρένθεσις, (i. Interpositio) est προσθήκη φωνήεντος κατὰ μέσον οὐ ποιοῦντος συλλαβήν. i. additio vocalis in medio non fa-

cientis syllabam, vt πτώσας pro πτέαρτης, κεῖνη pro κενὴ, νοῦσος pro νόσος, ξεῖνος pro ξένος, εἰληλουθὼς pro ἐληλυθώς. Porro hæc passio Ionum est.

ΔΙΠΛΑΣΙΑΣΜΟΣ.

Διπλασιασμὸς, (i. Duplicatio, vel Geminatio) est τοῦ αὐτοῦ συμφώνου πρόσθεσις κατὰ μέσον, οὐκ ἀποτελοῦντος συλλαβήν. i. eiusdem consonantis additio in medio, non efficientis syllabam: vt ὅττι pro ὅτι, ἄδδην pro ἄδην, μέσσον pro μέσον, ἔννεπε pro ἔνεπε, ὁππότε pro ὁπότε. Et hæc quoque passio Ionum est.

ΠΑΡΕΜΠΤΩΣΙΣ.

Παρέμπτωσις, (.i. Intercidentia) est πρόσθεσις συμφώνων κατὰ μέσον, οὐκ ἀποτελούντων συλλαβήν. i. additio consonantium in medio, non efficientium syllabam, vt πτόλις pro πόλις, & πτόλεμος pro πόλεμος.

ΠΡΟΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΣ.

Προσχηματισμὸς est πρόσθεσις συλλαβῆς κατὰ τὸ τέλος. id est, additio syllabæ in fine. quæ quatuor dialectorum est propria. vt λόγοισι pro λόγοις, μούσαισι pro μούσαις, πρόσωπατα pro πρόσωπα, ἐγὼν pro ἐγώ. Porro dicendū quoque de ἐνδείᾳ.

ΕΝΔΕΙΑ.

Ἔνδεια, (.i. Defectus) est ἀφαίρεσις κατ᾽ ἀρχὴν στοιχείου. i. ablatio elementi ab initio, vt ὀρτὴ pro ἑορτὴ, αἶα pro γαῖα, κεῖνος pro ἐκεῖνος. Sed hæc passio est Ionum.

ΑΡΣΙΣ.

Ἄρσις, (.i. Ablatio) est ἀποβολὴ κατ᾽ ἀρχὴν τῆς ἀναδεδιπλωμένης συλλαβῆς. id est, abiectio geminatæ syllabæ à principio, vt βλῆσθαι pro βεβλῆσθαι, δέχθαι pro δεδέχθαι, βλήμενος pro βεβλημένος.

ΣΥΣΤΟΛΗ.

Συστολὴ, (.i. Contractio, seu Correptio) est quando τὰ ἐκτεινόμενα δίχρονα συσταλῇ, ἢ τὰ μακρὰ εἰς τὰ βραχέα ἀντίστοιχα αὐτῶν μετατεθῇ. i. quando productæ bitemporeæ corripiuntur: vel longæ, in breues earum ἀντιστοίχοις cōmutātur, vt φυσίζοος pro φυσίζωος, ξερὸν pro ξηρόν.

ΣΥΓΚΟΠΗ.

Συγκοπὴ, (.i. Concisio) est ἀποβολὴ συλλαβῆς κατὰ τὸ μέσον. i. abiectio syllabæ in medio, vt Κάμμορος pro κακόμορος, δάσκιον pro δασύσκιον.

ΣΥΝΑΛΟΙΦΗ.

Συναλοιφὴ, est δύο συλλαβῶν κατὰ φωνῆεντος ἕνωσις, καταβολῇ τόνων. i. duarum syllabarum in vocalem vnio, deiectione tonorum. Fit autem Synalœphe per modos septem: simplices quidem, tres, per θλῖψιν, per κρᾶσιν, per συναίρεσιν: compositos autem, quatuor, per θλῖψιν & κρᾶσιν, per θλῖψιν & συναίρεσιν, per κρᾶσιν & συναίρεσιν, per θλῖψιν & κρᾶσιν & συναίρεσιν. Per θλῖψιν igitur, vt ἐπ᾽ ἐμέ, pro ἐπὶ ἐμέ. Per κρᾶσιν, vt τἀμὰ pro τὰ ἐμά. Per συναίρεσιν, vt Νηρῇδες pro Νηρηΐδες. Per θλῖψιν & κρᾶσιν, vt κἀγὼ pro καὶ ἐγώ. Per θλῖψιν & συναίρεσιν, vt ἐμοὐπεδεύει pro ἐμοὶ ὑποδεύει. Per κρᾶσιν & συναίρεσιν, vt ὡπόλος pro ὁ αἰπόλος. Denique per θλῖψιν & κρᾶσιν & συναίρεσιν, vt ἐν τᾀθιοπίᾳ pro ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ.

ΕΛΛΕΙΨΙΣ.

Ἔλλειψις, (.i. Defectus) est ἀποβολὴ φωνήεντος κατὰ μέσον, οὐ ποιοῦντος συλλαβήν. i. abiectio vocalis in medio, non facientis syllabam, vt ἀμύξαι pro αἰμύξαι, & γεραὸν pro γεραιόν.

ΠΑΡΕΛΛΕΙΨΙΣ.

Παρέλλειψις, (.i. Prætermissio) est ὅταν ἕν τι τῶν διπλασιαζομένων συμφώνων παραλείπηται. i. quando vna aliqua geminatarum consonantium omittitur, vt κάλιον pro κάλλιον, & θᾶτον pro θᾶττον.

ΕΚΘΛΙΨΙΣ.

Ἔκθλιψις, (.i. Elisio) est ἀποβολὴ ἑνὸς συμφώνου ἐντὸς τῆς πρώτης καὶ τελευταίας συλλαβῆς, οὐ ποιοῦντος συλλαβήν. i. abiectio vnius consonantis inter primam & vltimam syllabam, non facientis syllabam. vt σκῆπτον pro σκῆπτρον.

ΑΠΟΚΟΠΗ.

Ἀποκοπὴ, (.i. Abscissio) est ἀφαίρεσις συλλαβῆς κατὰ τὸ τέλος. i. ablatio syllabæ in fine, vt δῶ pro δῶμα, Ἀπόλλω pro Ἀπόλλωνα, Ποσειδῶ pro Ποσειδῶνα.

ΣΥΝΑΓΩΓΗ' ΤΩ͂Ν ΠΡΟ'Σ ΔΙΑ'ΦΟΡΟΝ

σημασίαν διαφόρως τονουμένων λέξεων, κατὰ στοιχεῖον.

id est,

COLLECTIO VOCVM QVAE PRO

diuersa significatione, accentum diuersum accipiunt.

Inuenitur & hæc inscriptio Græca, cuius eadem est sententia,

Ὅσαι λέξεις πρὸς διάφορον σημαινόμεναι, διάφορον δέχονται τόνον, κατὰ στοιχεῖον.

Autor autem vulgò quidem Cyrillus esse creditur, sed ego Philoponum esse arbitror, vel potius persuasum habeo.

Ἀγελαῖος, Qui est è grege, penultima circunflexa.
Ἀγέλαιος, Imperitus, Rudis, Indoctus, antepenac.
Ἀγητός, τοῦ ὁ, Admirabilis, acuitur.
Ἄγητος, γήτου, ὁ, Agetus, nomen proprium, antepenac.
Ἄγκυρα, ἡ, Anchora, antepenacuitur.
Ἀγκύρα, ἡ, Vrbs Galatiæ, penacuitur.
Ἄγνος, Vitex, penacuitur.
Ἁγνός, Purus, cum spiritu denso, & acuto in fine.
Ἀγόραιος, In foro educatus, antepenacuitur.
Ἀγοραῖος, ὁ, Forensis, penult. circunfl.
Ἀγός, ἀγοῦ, ὁ, Dux, acuitur.
Ἄγος, τοῦ ἄγεος, τὸ, Scelus, penultima acuta.
Ἄγριος, Agrestis, Ferus, antepenacuitur.
Ἀγρεῖος, Rusticus, *Ruri degens, penult. circunfl.*
Ἄγροικος, *Imperitus, Rudis,* antepenacuitur.
Ἀγροῖκος, Ruri degens, Habitans agrũ, penult. circunfl.
Ἀγρονόμος, In agro pascens, penacuitur.
Ἀγρόνομος, In agro pastus, antepenac.
Ἀγχιαλός, ἡ, Vrbs Thraciæ, acuitur.
Ἀγχίαλος, ὁ, ἡ, Maritimus, antep. penult. acuta.
Ἀγχοῦ, aduerbium, Propè, circunfl.
Ἄγχου, imperatiui modi, Suffoca, penacuitur.
Ἄγων, τοῦ ἄγοντος, ὁ, Agens, penult. acuta.
Ἀγών, τοῦ ἀγῶνος, ὁ, Certamen, vlt. acuta.
Ἀδελφός, Frater, vlt. acuta.
Ἄδελφος, ὁ, nomen proprium, antepenac.
Ἀδολέσχης, ἀδολέσχου, ὁ, Nugator, penacuitur.
Ἀδολεσχής, έος, ὁ, ἡ, Contemplatiuus, acuitur.
Ἁδρά, Crassa, aspiratur & acuitur.
Ἄδρα, Vrbs Illyrica, tenuatur & penacuitur.
Ἄδω, F. ἄσω. Pr. ᾖκα, Canto, tenuatur.
Ἅδω, F. ἅσω. Pr. ἧκα, Placeo, aspiratur.
Ἀζόμενος, Siccatus, tenuatur.
Ἁζόμενος, Venerans, aspiratur.
Ἀθηναῖος, Atheniensis, penult. circunfl.
Ἀθήναιος, Athenæus, nomen proprium, antepenac.
Ἄθροος, ου, ὁ, Clamore carens, seu strepitu, antepenacuitur.
Ἀθρόος, ὁ, Confertus, penacuitur.
Ἀθῷος, ὁ, Indemnis, penult. circunfl.
Ἄθῳος, ὁ, Iouis epitheton, antepenac.
Αἶθος, τὸ, Calor, penult. circunfl.
Αἰθός, ὁ, Ardens, acuitur.
Αἶνος, Gloria, penult. circunfl.
Αἰνός, Grauis, acuitur.
Αἰνοτόκος, Grauia pariens seu gignens, penacuitur.
Αἰνότοκος, Graui fato natus, antepenac.
Αἴολος, ὁ, Æolus, rex ventorum, antepenacuitur.
Αἰόλος, Varius, penacuitur.
Αἰπεῖα, Alta, circunflexa penult.
Αἴπεια, Nomen oppidi, antepenultima acuitur.
Αἴρων, τοῦ αἴροντος, ὁ, Tollens, tenuatur & penacuitur.
Αἱρῶν, τοῦ αἱροῦντος, ὁ, Accipiẽs, aspiratur & circũflectitur.
Ἀκεστής, Medicus, acuitur.
Ἀκέστης, Acestes & Sartor, penacuitur.
Ἀκήλητος, Inexorabilis, antepenac.
Ἀκηλητός, Immaculatus, acuitur.
Ἀκίς, ἀκίδος, ἡ, Cuspis, acuitur.
Ἄκις, ἄκιδος, ὁ, Acis fluuius, penacuitur.
Ἄκρις, ἄκριδος, ὁ, Acris oppidum, penac.
Ἀκρίς, ἀκρίδος, ἡ, Locusta, acuitur.
Ἄληθες, Verè, aduerbium, antepenacuitur.
Ἀληθές, Verum, acuitur.
Ἀμητός, ἀμητοῦ, ὁ, Messis tempus, acuitur.
Ἄμητος, ἀμήτου, ὁ, Messis fruges, antepenac.
Ἀμυγδαλῆ, Arbor, circunflectitur.
Ἀμυγδάλη, Fructus, penacuitur.
Ἄμφις, τοῦ ἄμφιος, ὁ, Amphis, nomen proprium, penacuitur.
Ἀμφίς, aduerbium, Circa, acuitur.
Ἀνά, præpositio, Per, acuitur.
Ἄνα, Rex, penacuitur.
Ἀντικρύ, Contrà, E regione, acuitur.
Ἄντικρυς, Palàm, antepenultima acuta.
Ἅπερ, Quæ, aspiratur.
Ἄπερ, Tanquam, cum tenui spiritu.
Ἄπλοος, ἀπλόου, ὁ, Innauigabilis, antepenultima acuitur.
Ἁπλόος, όου, ὁ, Simplex, penacuitur.
Ἀπολλύω, per duplex λ, Perdo.
Ἀπολύω, per vnicum λ, Dimitto.
Ἁπτός, ἁπτοῦ, per ο, Tangibilis, acuitur.
Ἀπτώς, ἀπτῶτος, per ω, Non cadens, acuitur.
Ἆρα, aduerb. An, Vtrum, penult. circunflexa.
Ἄρα Completiua particula, penacuitur.
Ἀρά, τῆς ἀρᾶς, ἡ, Imprecatio, acuitur.
Ἀραῖος, Subditus maledictioni, penult. circunflexa.
Ἀραιός, Tenuis, Rarus, acuitur.
Ἄργος, ἄργου, ὁ, Onus, penacuitur.
Ἄργος, ἄργεος, τὸ, Argos, ciuitas Peloponnesi, penac.
Ἄργος, ἄργου, ὁ, Argus, penacuitur.
Ἀργός, ἀργοῦ, ὁ, Albus, aut Velox, acuitur.
Ἀρίστων, τοῦ ἀρίστωνος, ὁ, Aristo, viri nomen, penultima acuta.
Ἀριστῶν, τοῦ ἀριστῶντος, ὁ, Optima faciens, vltima circũflexa.
Ἄρνειος, Agninus, antepenacuitur.
Ἀρνειός, Agnus nuper natus, acuitur.
Ἁρπαγή, Rapina, acuitur.
Ἁρπάγη, Hamus, penacuitur.
Ἄρρητος, Non dictus, Arcanus, antepenac.
Ἀρρητός, Odiosus, acuitur.
Ἀρτεμής, ἀρτεμέος, ὁ, Integer, acuitur.
Ἄρτεμις, Ἀρτέμιδος, ἡ, Diana, antepenacuitur.
Ἀρτιτόκος, ἡ, Nuper enixa, penac.
Ἀρτίτοκος, ὁ, Nuper natus, antepenac.
Ἀρτίτομος, Nuper incisus, antepenac.
Ἀρτιτόμος, Qui nuper incîdit, penac.
Ἅσσα, aspiratum, Quæ, neutrius generis.
Ἄσσα, tenuatum, Quædam.
Ἀστήρ, Stella, acuitur.
Ἄστηρ, Aster vrbs, penacuitur.
Ἀσφοδελός, Locus apud inferos, acuitur.
Ἀσφόδελος, Albucum, antepenultima acuta.
Ἅττα, aspiratum, Quæ.

Ἄττα, tenuatum, Quædam.

Ἄττα, Homerus Iliad. Ι. Φοῖνιξ ἄττα γεραιὲ λέγε ὁ Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Φοίνικα. i. Phœnix atta senior, inquit Achilles ad Phœnicē. Vox est qua minores honorāt maiores.

Ἀτεχνῶς, aduerbium, Omnino, circunfl.

Ἀτέχνως, aduerbium, Sine arte, penacuitur.

Ἄτροπος, ἀτρόπου, ὁ, ἡ, Immutabilis, antepenac.

Ἄτροπος, ἀτρόπου, ἡ, Atropus Parca, antepenac.

Αὔγη, αὔγης, ἡ, Auge mulier, penacuitur.

Αὐγὴ, αὐγῆς, ἡ, Splendor, Aurora, acuitur.

Αὕτη, ταύτης, ἡ, Hæc, penacuitur.

Αὐτή, αὐτῆς, ἡ, Ipsa, acuitur.

Ἀφετή, ἀφετῆς, ἡ, Dimissio, acuitur.

Ἀφέτη, ἀφέτης, ἡ, Aphete insula, penacuitur.

Ἄφρος, Ἄφρου, Apher, penacuitur.

Ἀφρός, ἀφροῦ, ὁ, Spuma, acuitur.

Ἄχυρον, ύρου, τὸ, Palea, antepenacuitur.

Ἀχυρὼν, ἀχυρῶνος, ὁ, Stabulum palearum, acuitur.

Ἄορ, ἄορος, τὸ, Ensis, penacuitur.

Ἀὼρ, ἄορος, ἡ, Mulier, penac.

B.

BAιὸν, aduerbium, Paulùm, acuitur.

Βάϊον, βαΐου, τὸ, Ramus, penult. circunfl.

Βαιός, βαιοῦ, ὁ, Breuis, acuitur.

Βαῖος, βαΐου, ὁ, Baius Vlyssis socius, penult. circunfl.

Βασίλεια, βασιλείας, ἡ, Regina, antepenac.

Βασιλεία, βασιλείας ἡ, Regnum, penacuitur.

Βάτος βάτου, ὁ, Cadus, penacuitur.

Βάτος, ἡ, Rubus, penacuitur.

Βατος, vnico τ, Peruius, acuitur.

Βάττος, gemino τ, Battus, penacuitur.

Βῆλος, βήλου, ὁ, Belus, penult. circunfl.

Βηλός, βηλοῦ, ὁ, Limen, acuitur.

Βῆσα, vnico σ, Besa vrbs, penac.

Βῆσσα, gemino σ, Conuallis, penult. circunfl.

Βίος, βίου, ὁ, Vita, Victus, penult. acuta.

Βιός, βιοῦ, ὁ, Arcus, acuitur.

Βίοτος, βιότου, ὁ, Vita, antepenult. acuitur.

Βιωτός, βιωτοῦ, ὁ, Viuendus, acuitur.

Βλῆχρον, ου, τὸ, Herbæ species, penult. circunfl.

Βληχρόν, βληχροῦ, τὸ, Infirmum, acuitur.

Βοών, ῶνος, ἡ, Custodia, apud Alexandrinos, acuitur.

Βοῶν βοῶντος, ὁ, Clamans, circunfl.

Βροτός, βροτοῦ, ὁ, Mortalis, acuitur.

Βρότος, βρότου, ὁ, Sanies, penac.

Βρωτός, per ω, Comestibilis, acuitur.

Βροῦχος, ου, ὁ, Bruchus vermis, penult. circunfl.

Βρουχός, βρουχοῦ, ὁ, Præco, acuitur.

Βρύων, βρύοντος, ὁ, Scaturiens, penac.

Βρυὼν, βρυῶνος, ὁ, Cyrenes littus, circunfl.

Γ.

ΓΑλάτια, per ει, Galatea Nereis, antepenac.

Γαλατία, per ι, Gallia regio, penacuitur.

Γαλήνη, γαλήνης, ἡ, Tranquillitas maris, penac.

Γαληνή, γαληνῆς, ἡ, Tranquilla, acuitur.

Γαυλός, γαυλοῦ, ὁ, Situla, Vas pastorale, acuitur.

Γαῦλος, ου, ὁ, Nauigium onerarium, penult. circunfl.

Γέλοιος, Ridiculus, antepenac.

Γελοῖος, Qui risum mouet, penult. circunfl.

Γέλων, γέλωνος, ὁ, Gelon viri nomen, penac.

Γελῶν, γελῶντος, ὁ, Ridens, circunfl.

Γενετή, γενετῆς, ἡ, Natiuitas, acuitur.

Γενέτη, γενέτης, ἡ, Stirps, penac.

Γεραιός, γεραιοῦ, ὁ, Senex, acuitur.

Γεραῖος, γεραίου, ὁ, Geraus gentile, penult. circunfl.

Γῆρας, Senectus.

Γήρασις, Ad senectutem profectio, antepenac.

Γλαύκη, γλαύκης, ἡ, Cæsia, penacuitur.

Γλαυκή, γλαυκῆς, ἡ, Glauce mulier, acuitur.

Γλαῦκος, γλαύκου, ὁ, Glaucus, Cæsius, penult. circunfl.

Γλαυκός, γλαυκοῦ, ὁ, Glaucus, viri & piscis nomē, acuitur.

Γῦρος, γύρου, ὁ, Ambitus, Gyrus, penult. circunfl.

Γυρός, γυροῦ, ὁ, Rotundus, acuitur.

Δ.

ΔΆφνη, δάφνης, ἡ, Laurus, penacuitur.

Δαφνή, ῆς, ἡ, Daphne puella, acuitur.

Δείνη, ης, καὶ δεινή, δεινῆς, ἡ, Mala, acuitur.

Δεινός, δεινοῦ, ὁ, Grauis, acuitur.

Δειρή, δειρῆς, ἡ, Collum anterius, acuitur.

Δείρη, δείρης, ἡ, Ciuitas Æthiopiæ, penacuitur.

Δεκαετής, Decennis, de tempore, acuitur.

Δεκαέτης, Decennis, de reliquis, penacuitur.

Δελφίς, καὶ δελφίν, Delphin piscis, acuitur.

Δελφύς, per υ, Vulua, Venter, acuitur.

Δεξαμενή, δεξαμενῆς, ἡ, Cisterna, acuitur.

Δεξαμένη, ης, ἡ, Quæ accepit, penacuitur.

Δεσπότης, per η, Herus, Dominus, penacuitur.

Δέσποτις, per ι, Domina, antepenac.

Δῆλος, δήλου, ὁ, Manifestus, penult. circunfl.

Δῆλος, ου, ἡ, Delus insula, penult. circunfl.

Δῆμος, τοῦ δήμου, ὁ, Populus, Tribus, penult. circunfl.

Δημός, τοῦ δημοῦ, ὁ, Pinguedo, acuitur.

Δημοσίᾳ, aduerbialiter, Publicè, penacuitur.

Δημόσια, τῶν δημοσίων, τὰ, Res publicæ, antepenac.

Δηῶν, per η, Populans, circunflectitur.

Δίων, ωνος, ὁ, Dion vir, penacuitur.

Δία, accusatiuus, Iouem, penacuitur.

Διὰ, præpositio, Per, Propter, acuitur.

Δίνη, δίνης, ἡ, Vortex aquarum, penacuitur.

Δῖνος, δίνου, ὁ, Aeris turbo, penult. circunfl.

Δίνων, δίνωνος, ὁ, Dino vir, penacuitur.

Δινῶν, δινοῦντος, ὁ, Voluens, circunflectitur.

Διογενής, έος, ὁ, Nobilis, acuitur.

Διογένης, έος, ὁ, Diogenes vir, penacuitur.

Δῖος, τοῦ δίου, ὁ, Diuinus, penult. circūfl.

Διός, genitiuus, Iouis, acuitur.

Δοιός, τοῦ δοιοῦ, ὁ, per οι, Duplex, Geminus, vlt. acuta.

Διχοτόμος, In duo diuidens.

Διχότομος, In duo diuisus.

Δόκος, τῆς δόκου, ἡ, Apparentia, Opinio, penac.

Δοκός, τῆς δοκοῦ, ἡ, Trabs, acuitur.

Δόλιος, δολίου, ὁ, Dolosus, antepenac.

Δολίος, δολίου, ὁ, Dolius vir, penacuitur.

Δολίχη, τῆς δολίχης, ἡ, Doliche insula, penac.

Δολιχή, τῆς δολιχῆς, ἡ, Longa, acuitur.

Δόλων, τοῦ δόλωνος, ὁ, Dolon vir, penacuitur.

Δολῶν, τοῦ δολοῦντος, ὁ, Decipiens, circunfl.

Δρύμος, τοῦ δρύμου, ὁ, Drymus vir, penacuitur.

Δρυμός, οῦ, ὁ, Sylua, Condensus, acuitur.

Δύω, dualiter, Duo, penacuitur.

Δύω, verbaliter, Ingredior, penacuitur.

E.

EἸδυῖα, τῆς εἰδυίας, ἡ, Idyia mater Medeæ, penult. acuta.

Εἰδυῖα, τῆς εἰδυίας, ἡ, Quæ scit, penult. circūflectitur.

Εἴκων, τοῦ εἴκοντος, ὁ, Obediens, penacuitur.

Εἰκών, τῆς εἰκόνος, Imago, Similitudo, acuitur.

Εἶπε, indicatiui modi, Dixit, penult. circunflectitur.

Εἰπέ, imperatiui modi, Dic, acuitur.

Εἰς, præpositio, In, accusatiuo iunctum.

Εἷς, numerale, Vnus, circunfl.

Ἕκτος, τοῦ ἕκτου, ὁ, Sextus, penac.

Ἐκτός, aduerbium, Extra, Sine, acuitur.

Ἐκπλέω, verbum, Enauigo, penacuitur.

Ἔκπλεω, aduerbium, Plenè, antepenacuitur.

Ἐλαιὼν, τοῦ ἐλαιῶνος, ὁ, Oliuetum, acuitur.

Ἐλεῶν, τοῦ ἐλεοῦντος, Miserans, circunflectitur.

Ἐλάσσων, τοῦ ἐλάσσονος, ὁ, Minor, pen. acuta.

Ἐλασσῶν, τοῦ ἐλασσοῦντος, ὁ, Minuens, circunfl.

Ἐλάων, τοῦ ἐλάοντος, ὁ, Insequens, penac.

Ἐλαιὼν, τοῦ ἐλαιῶνος, ὁ, Oliuetum, acuitur.

Ἔλεος, τοῦ ἐλέου, τὸ, Misericordia, antepenac.

Ἐλεός, τοῦ ἐλεοῦ, ὁ, Eleus fluuius & mensa, acuitur.

Ἔλευσις, τῆς ἐλεύσεως, ἡ, Aduentus, antepenac.

Ἐλευσίς, τῆς Ἐλευσῖνος, ἡ, Eleusis ciuitas, acuitur.

Ἔλπις, τοῦ ἔλπιδος, ὁ, Elpis vir, penac.

Ἐλπίς, τῆς ἐλπίδος, ἡ, Spes, acuitur.

Ἧμεν, ab ἵημι, Mittere, aspiratur.

Ἔμμεν, ab εἰμί, Esse, tenuatur.

Ἐννάς, τῆς ἐννάδος, ἡ, Nonarius numerus, tenuatur.

Ἑνάς, τῆς ἑνάδος, ἡ, Vnitas, aspiratur.

Ἐν, præpositio, In, datiuo iuncta, tenuatur.
Ἕν, numerus, Vnum, acuitur & aspiratur.
Ἔνι, pro ἔστι, Est, penacuitur.
Ἐνί, pro ἐν, In, acuitur.
capit quantum concha. Ab eiusdem similitudine A Lycophron κόγχον vocat hemicranium seu caluam capitis: nam & ipsa est scutulata: in Alexandra, Τυπεὶς σκεπάρνῳ κόγχον ἀδέτῳ μέσον. Eandem ob causam vmbonē clypei Polybius κόγχον appellat: in Epitome, προσέρμοσαι τῷ θυρεῷ καὶ σιδηρᾶ κόγχος, ἣ τὰς ὁλοσχερεῖς ἀποστέγει πληγὰς λίθων. Necnon κόγχοι nominantur eodem modo τὰ ἔγκοιλα τῶν ὀφθαλμῶν, ὁ περὶ τοῖς βλεφάροις περίδρομος, teste Polluce. hoc est Cauitates oculorum, Caui illi in quibus oculi latent. nam & ipsi sua figura concha repræsentant. Eodem P. autore τὸ ἔξωθεν ἐπικείμενον πλατὺ καὶ περιφερὲς ὀστοῦν, ὥσπερ φράγμα τοῦ γόνατος, vocitatur B κόγχος & κόγχη, & ἐπιγονατίς. Hactenus de mascul. κόγχος: venio nunc ad FOEMIN. Κόγχη. Id igitur idem significat quod masculinum κόγχος. Primùm enim κόγχαι dicuntur conchæ illæ seu ostrea marina aut aquatilia. Athen. libro 3, ex Mnesitheo medico, ὄστρεα καὶ κόγχαι καὶ μύες. Ibidem Aristot. τὴν κόγχην ponit sub genere τῶν ὀστρέων, ostreorum: quippe quæ & τῶν λειοστράκων generi annumeretur. Ab eodem Athenæo lib. 1, commemorantur πελωρίδες κόγχαι. Apud Hesychium verò & Sui- C dam κόγχην διελεῖν prouerbialiter ἐπὶ τοῦ ῥαδίως τι ποιῆσαι. quòd facile sit concham discludere. Apud eosdem est & aliud prouerbium, nimirum κόγχης ἄξιον, pro οὐδενὸς ἄξιον, seu ἐλαχίστου ἄξιον, ἀπλῶς. vt & apud Athenæū lib. 11, Pherecr. dicit, κοὐχὶ δωρεῖται οὐδὲ κόγχην, non donantem ne concham quidem. quo sensu & ἰχάδα dicunt, si bene memini. Intelligendum verò κόγχη in posterioribus his locis potius de testa ostrei. Deinde vt κόγχος dictum est pro mensura accipi quæ conchæ capacitatem æquet, ita & κόγχην vsurpari sciendum. Hip- D pocr. De nat. mul. τοῦ ἀνθέμου τρίψας ὅσον κόγχην. Et De morb. lib. 3, δίδου ὀρὸν τοῦ μεγάλου κόγχην. quod Galenus exponit χήμην. intelligens procul dubio & ipse Tātum quantum concha contineri potest. Præterea vt κόγχος de vasculo conchæ in modum concauo & scutulato dicitur, ita & κόγχη. Atque adeò ex Hippocrate affertur κόγχη κεραμίς, pro Olla, seu Testa cōchæ similis. Ad verbum potes interpretari Concha testacea seu figlina, vt Plin. dicit Concham ferream, de simili vasculo. Præterea vt κόγχος, ita etiam κόγχη dicitur Oculi cauitas, teste Polluce, qui & τὸ ὑπὸ τῇ ἀνθέλικι τοῦ ὠτὸς nominari κόγχην autor est. Porrò à κόγχος siue κόγχη DERIV. Κογχίτης λίθος, Conchites lapis. cuius meminit Pausan. sub finem Atticorum, scribens monumentum Caris, τὸ θεοῦ χρήσαντος, κεκοσμῆσθαι λίθῳ κογχίτῃ. Quibus hæc subiungit de illo lapide, μόνοις δὲ Ἑλλήνων Μεγαρεῦσιν ὁ κογχίτης οὗτός ἐστι, καὶ σφίσι καὶ ἐν τῇ πόλει πεποίηται πολλὰ ἐξ αὐτοῦ. ἔστι δὲ ἄγαν λευκὸς, καὶ ἄλλου λίθου μαλακώτερος. κόγχοι δὲ αἱ θαλάσσιαι διὰ παντός ἐνεισιν οἱ. Est inde ET DIMINVT. Κογχίον, ου, τὸ, Conchula. Antiphanes comicus apud Athenæum lib. 4, κογχίον τι μικρόν. Sed & VERBVM Κογχαλίζειν, autore Hesychio, πεποίηται ἀπὸ τοῦ ἤχου τῶν κόγχων, à sonitu concharum. forsan à sonitu quem inflatæ reddunt. inflari autem eas & sonare, Plin. docet, lib. 9, cap. 5, scribens visum auditúmq; in quodam specu concha canentem Tritonem, ea qua noscitur forma. Reperitur verò ET Κόγχυς, significans Putamen ostrei, seu Id quo integitur ostreum, quódque abiicitur quum comeditur. Ita enim Pollux libro 6, c. 15, de purgamentis eorum quæ in mensa ap- G ponuntur, κογχυλίων, κόχλους καὶ ὀστρέων, κόγχυς καὶ ἰχθύων, λέπη καὶ καράβων, ὄστρακα. Nisi fortè reponendum κόγχους. Alioqui videri possit hinc DERIVATVM Κογχύλη, ης, ἡ, quod significat ipsum Ostreum seu purpuram: Suidæ πορφύραν in hoc loco, αἱ κογχύλαι ὄψιν οὐκ ἔχουσαι φαίνονται δέλεαρ ἐφεπόμεναι. Hesychio quoq; κογχύλαι sunt τὰ ὄστρεα καὶ πορφύραι: verùm & κηκίδες, gallæ: forsan ob similitudinē. VNDE Κογχύλιον, ου, τὸ, Cōchylium: idē quod κόγχη seu κόγχος, Concha. Nam Plin. l. 9, c. 36, vt scribit conchas omnes celerrimè crescere, præcipuè purpuras: ita etiam, linguam purpuræ esse longitudine digitali, qua pascitur perforando reliqua conchylia. tantam duritiam aculeo esse. Alioqui κογχύλιον, Conchylium, de certa quadam concharum specie dicitur, expetita non mensis solùm, sed & vestium infectio-

nibus. vt inter alios docet Plinius loco paulo antè citato, vbi loquutus de purpuræ flore illo tingendis expetito vestibus, Sed vnde (inquit) conchyliis pretia, quìs virus graue in fuco, color austerus in glauco, & irascēti similis mari? Ibidem dicit concharum ad purpuras & conchylia eandem quidem esse materiam, sed distare temperamento. Inde κογχυλίου κροκίδα vocant Floccū lanæ conchylii sanie infectæ. Crito apud Galenum τῶν κατὰ τόπους libro 3 ἐπίθες κροκίδα κογχυλίου, Floccum lanæ conchylio infectæ, vt Plinius loquitur lib. 32, cap. 7: seu Lanam conchyliatam, vt loquitur Marcell. Empir. Ita Dioscorides libro 2 dixit, τὴν δ' αὐτὴν ἔριον καὶ κροκίδες καὶ οὔσαι θαλασσίας πορφύρας, flocci lanæ imbutæ cruore purpuræ marinæ. Et Aetius lib. 9, cap 35, ἔριον πορφύρας ἐρίου. Et Paul. Ægin. lib. 3, cap. 26, λινοῦν ἀπὸ πορφύρας θαλασσίας, filū è lana quæ purpuræ marinæ sanguine tincta est. Quinetiam κογχύλιον nominatur lana vestisve cōchylii cruore infecta. vt apud Galenum κογχυλίῳ ἐμφράσσει τὰ ὦτα, conchyliata lana aurem obthura. Et apud Quintil. lib. 1, cap. 2, de puero nimis molliter educato, Nondum prima verba exprimit, & iam coccū intelligit, iam conchylium poscit. pro Conchyliatam vestem, vt Plinius loquitur, Cicero imitatione, qui Cōchyliata peristromata dicit. Denique vt κόγχη & κόγχος dicuntur interdum de testa ostrei, ita & κογχύλιον. veluti quum schol. Aristophanis in hoc loco Vesparū, τῇ κόγχῃ τῇ παῖ ... ἐμοὶ τοῖς σημείοισιν ἐπούσῃ, scribit comicum ibi τῇ κόγχῃ dixisse pro τῷ κογχυλίῳ τῷ ἐπικειμένῳ ταῖς σφραγῖσι, τῷ μὴ ἀφαιρεῖσθαι τοὺς τύπους αὐτῆς. Itidem Didymus apud Athen. libro 14, tradit solitos quosdam αὐτὰ ... κογχύλια καὶ ὄστρακα συγκρούοντας, εὔρυθμον ἦχόν τινα ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις. Vide & t. 2, c. 333, e. INDE Κογχυλιευτής, οῦ, ὁ, Qui cōchylia venatur, Cōchyliarius, seu Conchyta. vt Plaut. in Rud. dicit, Saluete fures maritimi, conchytæ atq; hamitæ. Budæus tetrasyllabωs scribit Κογχυλευτής, à κογχύλη: VNDE ET Κογχυλίας λίθος, quem Hesychi⁹ esse dicit durum, & in se habere κογχυλίου τύπους. Meminit huius lapidis Poll. quoque, innuens à Xenophonte vocari κογχυλιάτην.

Κογχυλαγόνες, Hesychio sunt γυναῖκες νύμφαι.

E Κογχυλευτής, Κογχύλη, Κογχυλίας, Κογχυλιευτής, Κογχύλιον, Κόγχυς, vide in præced. Κόγχος.

Κόδαλα, Hesychio est piscis quidam qui & κεφαλῖς, Mugil.

Κοδαλεύεσθαι, eidem Hes. est ἐνδομυχεῖν: afferenti itidem κοδαλεύειν pro ἔνδον διατρίβειν, In domicilio se continere, seu Intus latitare. Idem κοδαλευομένη affert pro ἀρεσκευομένη, ἀσεβαζομένη.

Κόδομαι, eidem sunt αἱ φρυκτωρίαι. Vide & sequ.

Κοδομεύει, idem affert pro φρύγει τὰς κριθὰς, hordeum frigit F seu torret: dicens κοδομεύειν quoque esse τὸ ἐν ἰπνῷ φρύγειν ἤ τινι ἀγγείῳ. VNDE Κοδομεύς, eidem est & ὁ φρύγων τὰς κριθὰς, & ὁ ἐπιστατῶν τῷ φρύγοντι τὰς κριθάς. ITEM Κοδομεύτρια, ας, ἡ, Quæ frigit torrétque hordeum, apud Pollucem. ET Κοδομεῖον, ου, τὸ, Instrumentum quo ad frigendum hordeum vtebantur, teste eodem Polluce, qui lib. 6, cap. 10, scribit τὸ φρύγειν dici etiam κοδομεύειν: & τὸ ἐργαλεῖον ᾧ ἐνέφρυγον, (ἴσως ἀγγεῖον κεραμεοῦν) vocari φρύγετρον & κοδομεῖον. (Pro quo Ionicè apud Suidam Κοδομήϊον: expositum tamen καμινευτικὸν, adiectiuè, à nom. masc. κοδομήϊος pro κοδόμειος) Ibidem scribit τὰς κοδομευούσας, siue φρυγούσας, vocari κοδομήν. quamobrem & apud Hesychium in expositione vocabuli κόδομαι pro φρυκτωρίαι reponēdum videri queat φρύκτριαι. præsertim quū idem Hes. κοδομὴν esse dicat θεράπαιναν, sic dictam ἀπὸ τοῦ κοδομεύειν, quod est ἐν ἰπνῷ φρύγειν. vt sit Ancilla quæ in furno torret hordeum. Apud eundem Hesychium legitur ET Κοδομία, expositum ἰπνία, φρυκτία, ἀλετρεία.

Κοδράντης, apud recentiores Græcos pro Quadrans. Iidem itidem Κοδράτος dicunt pro Quadratus.

H Κοδύμαλον, t. 2, c. 1635, e. Hesychius quoque κοδύμαλον esse dicit τὸ στρούθιον μῆλον, siue κυδώνιον: sed quosdam velle esse genus floris, alios κόσμον περιτραχήλιον, ornamentum collare.

Κοέω, ῶ, Intelligo, Sentio. Tradunt enim dialecto quadam κοεῖν dici pro νοεῖν καὶ αἰσθάνεσθαι. Aristoph. schol. & Su.

& Eust. Vnde κοάλεμος, ὁ ἠλέματα νοῶν. Vtitur autem verbo κοεῖν inter alios Callimachus.

Κοῆι quoque, Hesych. affert pro αἰσθάνεται, νοεῖ, Sentit, Intelligit. ATTAMEN Κόθημα, & Κόπλον, idem dici scribit ἐπὶ τοῦ αἰδοίου, de pudendo seu verendo.

Κόθορνος, ου, ὁ, Cothurnus: calceamentum vtroque pedi aptum, seu vtrique sexui conueniens, & virili & muliebri, autore Hesychio. vnde κόθορνον vocarunt Theramenem, διὰ τὸν περὶ τὴν πολιτείαν ἀμφοτερισμόν. Et in prouerbio Cothurno versatilior vsurparunt itidem pro homine qui vtraque axilla gestare nouit, vt aiunt. Ipse adeò Theramenes apud Xenophontem Hellen. 2, pag. 275, dicit, ἀποκαλεῖ δὲ κόθορνόν με, ὡς ἀμφοτέροις πειρώμενον ἁρμόττειν: respondens ad hæc verba Critiæ, pagina 273, ἐπεὶ δ᾽ ᾔσθετο ἀντίπαλόν τι τῇ ὀλιγαρχίᾳ ξυνιστάμενον, πρῶτος αὖ ἡγεμὼν τῷ δήμῳ ἐπ᾽ ἐκείνους ἐγένετο· ὅθεν δή που γὰρ καὶ κόθορνος ἐπικαλεῖται· καὶ γὰρ ὁ κόθορνος ἁρμόττειν μὲν τοῖς ποσὶν ἀμφοτέροις δοκεῖ, ἀποβλέπει δ᾽ ἐπ᾽ ἀμφοτέρων. Κόης, vide in Κοίης.

Κοθορνώδης, t. 2, c. 1540, d. Κόθουρος, ib. c

Κοθώ, Hesychio βλάβη, Noxa, Damnum, Detrimentum.

Κοθωνίς, ίδος, ἡ, affertur pro Edax.

Κοΐ, Κοΐ, vox, seu imitatio vocis, porcellorum, apud Aristoph. apud quem & κοΐζειν dicuntur τὰ χοιρίδια, μιμητικῶς. Vide t. 4, c. 548, g.

Κοιάζει, Hesychio est ἐνεχυράζει. à κοῖον.

Κοιάς, idem dici scribit σφαίρας ἢ λίθους.

Κοιᾶται, idem affert pro ἱερᾶται. forsan à κοίης. Eodem enim autore Κοίης siue Κόης, dicitur ἱερεὺς καβείρων ὁ καθαίρων φονέα. pro quo infrà κοιόλης.

Κοινά, eidem sunt κοῖλα, Caua, Concaua.

Κοίελος, eodem Hesych. teste dicitur τὸ ἐν τοῖς κυάμοις θηρίδιον, Bestiola, quæ fabis innascitur.

Κοΐζειν, vide in Κοΐ, & t. 4, c. 548. g.

Κοίημα, Hesychio γέννημα, Fœtus. quod & κύημα.

Κοίης, vide in Κοιᾶται, paulo antè.

Κοίκες, in Æthiopia palmarum species, & τὰ πεπλεγμένα ἐκ τῶν φύλλων τοῦ δένδρου σκεύη, φορμοί, Hesych. Solent enim è palmæ foliis texi crates, storeæ, sportæ, & id genus alia. Vide & Κοΐξ.

Κοικύλλειν, idem esse dicit περιβλέπειν: quòd κύλα dicantur τὰ ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν. Alii esse volunt τὸ περιστρέφεσθαι καὶ διατρίβειν περιβλεπόμενον, nonnulli φθονεῖν. Suid. exp. non solùm περιβλέπει, sed etiam κακοσχολεῖ, in hoc loco, Τί αὖ σὺ κυρκανᾷς καὶ κοικύλλεις ἔχων;

Κοῖλα, τὰ, substant. t. 2, c. 287, h

Κοιλαίνω, t. 2, c. 288, d. Κοιλάς, ib. e

Κοιλέμβολον, t. 1, c. 680, f. Κοίλη, t. 2, c. 287, h

Κοιλία, t. 2, c. 288, f. Κοιλιακός, t. 2, c. 289, h

Κοιλιοδαίμων, ib. c. Κοιλιόδουλος, ib. d

Κοιλιολυσία, ib. Κοιλιοπώλης, ib.

Κοιλίς, t. 2, c. 288, e. Κοίλισκον, ib. f

Κοιλιώδης, t. 2, c. 290, a

Κοιλοιδιᾶν, dicitur τὰ κοῖλα τῶν ὀφθαλμῶν οἰδεῖν, inquit Suid. in testimoniū afferēs hoc Theocr. hemistichium, δηθὰ κοιλοιδιόωντι. Sed ibi metrum aliam postulat scripturam, nimirum κυλοιδιόωντι, prima correpta.

Κοῖλον, τὸ, substant. t. 2, c. 287, d

Κοῖλος, ib. a. Κοιλοστομία, t. 3, c. 1045, g

Κοιλόστομος, ib. f

Κοιλοσυρία, siue Κοίλη Συρία, Caua Syria: pars Syriæ quæ & μεσοποταμία, quòd sita est inter Euphratem & Tigrim fluuios.

Κοιλόσυρτος, Suidæ ὁ χωλός, Claudus.

Κοιλότης, t. 2, c. 288, c. Κοιλοφθαλμία, t. 2, c. 1410, g

Κοιλοφθαλμιάω, ib. h. Κοιλόφθαλμος, ib. g

Κοιλόφυλλος, Qui cauis foliis est, Concaua habens folia.

Κοῖλυ, Hesychio est τὸ καλόν: nisi potius scripsit τὸ κοῖλον.

Κοίλωμα, t. 2, c. 288, c

Κοιλώπις, Caua aspectu: Suidæ βαθεῖα, afferenti ex Epigr. Ἴδρις ἀνὴρ κοιλῶπιν ὀρειάδα δύσατο πέτρην.

Κοιλωπός, itidem pro Cauus affertur ex Eurip.

Κοιλώπα, Hesychio est arbor quædam: forsitan eadē quæ infrà κολουτέα.

Κοιμάομαι, Dormio, &c. t. 2, c. 290, a. Κοιμᾶσθαι, Mori, &c. ibid. e.

A Κοιμάστριος, Hesychio κοιτών, Cubile.

Κοιμάω, t. 2, c. 290, d. & g. Κοίμημα, t. 2, c. 291, a

Κοίμησις, Dormitio, &c. ibid. b. Κοίμησις, Mors, &c. ib.

Κοιμητήριον, ib. Κοιμίζω, t. 2, c. 292, a

Κοιμιστής, οῦ, ὁ, Sopitor. In Epigr.

Κοῖμος, Etymologo est ὁ πάντα ἐν αὐτῷ διατεταγμένα ἔχων καὶ κεκοσμημένα, In quo omnia bene disposita sunt & ornata.

Κοινεῖν, t. 2, c. 298, b. Κοινεῖον, ib.

Κοινῇ, aduerbium, &c. t. 2, c. 297, a

B Κοίνιον, t. 2, c. 298, b. Κοινόβιον, t. 1, c. 738, a

Κοινοβοῦλαι, t. 1, c. 768, f

Κοινοβουλέω, ῶ, Communiter consulto. Xenophon in Lacedæmon. republ. συσκηνοῦσι δὲ αὐτῷ οἱ πολέμαρχοι, ὅπως ἀεὶ συνόντες μᾶλλον καὶ κοινοβουλῶσιν ἤν τι δέωνται.

Κοινογαμία, Communes & promiscuæ nuptiæ. Apud Athenæum initio libri 13. ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, ἀνέδην τὸ πρότερον οὐσῶν τῶν συνόδων, καὶ κοινογαμιῶν ὄντων.

Κοινοδημεί, t. 1, c. 977, f. Κοινοδήμιον, ib. e

C Κοινοδρομεῖν, pro Pari incitatione communiter decurrere, vt currens socium adæquet cursus velocitate: ex Xenophonte Symp. Reponendum enim ibi aiunt ἐκοινοδρομοῦμεν pro ἐκωνοδρομοῦμεν.

Κοινολέκτως, Vulgari sermone, Communi lingua.

Κοινολεχής, έος, ὁ καὶ ἡ, Communē habens lectum, Adulter.

Κοινολογέομαι, t. 2, c. 296, e. Κοινὸν, τὸ, subst. t. 2, c. 295, b

Κοινόπλοος, t. 3, c. 369, f. Κοινόπλους, ib.

Κοινοποιέομαι, t. 2, c. 296, f. Κοινόπους, t. 3, c. 511, c

Κοινοπραγέω, t. 2, c. 296, f. Κοινοπραγία, ib. g

D Κοινοπρεπής, Innouatio: vulg. l. perperam pro καινοπρεπής.

Κοινός, Communis, &c. t. 2, c. 294, d. Κοινός cum genit. & cum dat. ibid. f. Κοινός, pro κοινωνός, &c. c. 295, a. Κοινός, Peruagatus, &c. ibid. g. Κοινός, Conuersatione gaudens, &c. c. 296, a. Κοινός, Frater, &c. ib. Κοινός, Profanus, &c. ib. c.

Κοινότης, t. 2, c. 297, d. Κοινότοκος, t. 3, c. 1534, g

Κοινόφρων, t. 4, c. 1196, f

Κοινοχρησία, ας, ἡ, Communis vsus. Œcumen. in Acta Ap. οὐδεὶς ἐξιδιάζετό τι τῶν ἑαυτοῦ, ἀλλ᾽ εἰς κοινοχρησίαν προσετίθει.

E Κοινόω, Communico, &c. t. 2, c. 297, d. Κοινόω, Inquino, &c. ibid. g.

Κοινών, ῶνος, Qui socius est & particeps, Qui commune aliquid habet cum alio. Hesychius enim κοινῶνας affert pro κοινωνούς.

Κοινωνέω, In communionem venio, t. 2, c. 299, a. Κοινωνέω, Consuesco, ib. e.

Κοινώνημα, t. 2, c. 299, e. Κοινωνία, t. 2, c. 298, d

Κοινωνικός, Communionis amans, &c. ib. e. Κοινωνικός, Ad communionem pertinens, &c. ib. h.

F Κοινωνός, ib. b. Κοινῶς, t. 2, c. 297, c

Κοινωφελής, έος, ὁ καὶ ἡ, In commune vtilis, Communem afferens vtilitatem, Suidæ ὁ πάντας ὠφελῶν. VNDE Κοινωφελία, ας, ἡ, Communis vtilitas. Affertur & Κοινωφέλιμος pro Publicam vtilitatem habens, Reipublicæ vtilis.

Κοΐξ, ικος, ὁ, Coix: species τῶν καλαμοφύλλων, vt & ὁ φοίνιξ, teste Theophrasto Hist. plant. libro 1, cap. 16. apud quem lib. 7, cap. 13, κυΐξ legitur inter τὰ βολβώδη, seu τὰ στρογγύλα ταῖς ῥίζαις. Hesych. sine diæresi habet κοίκας, vt su-
G prà docui, tradens esse palmæ genus in Æthiopia, & πλέγματα inde confecta. Quo modo & Pollux libro 10, cap. 46, περὶ τῶν ἐκ πλέγματος σκευῶν tractans, scribit, posse in hoc censu collocari & κόϊκα, quem à Doribus κόϊν vocari. velut ab Epicharmo, Ἢ θύλακον βόειον ἢ κόϊν φέρειν, Ἢ κωρυκίδα. Ab Atticis κόϊκα dici. vt à Pherecr. — ἢ κόϊκ᾽, ἢ κωρύκας. Manifestò autem (inquit) hoc indicat Antiphanes, dicens, ἀγγεῖον ἀλφιτήριον, (pro quo forsan scribendum ἀλφιτηρόν) ὃ κόϊξ ἐστίν.

H Κοιόλης, Hesychio & Suidæ est ὁ ἱερεὺς, Sacerdos. qui suprà κοίης.

Κοῖον, Hesychio est ἐνέχυρον. vnde suprà κοιάζει.

Κοῖος, Cœus: pater Latonæ, sic dictus παρὰ τὸ κοεῖν, quod est νοεῖν, veluti συνετὸς ὤν: vel quasi ποῖος, Æolicè verso π in κ. Qui enim allegoricè Titanum nomina accipiunt, in hoc loco Hesiodi Theogon. Κοῖόν τε Κρεῖόν θ᾽ Ὑπερίονά τ᾽

Ἰαπετόν τε : volunt κοῖον esse τὴν ποιότητα, qualitatē: χρεῖον, A κρίσιν, Secretionem: ὑπερίονα, κουφότητα, leuitatē: ἰαπετὸν, βαρύτητα, grauitatem. Hæc Etymol. INDE Κοιογένεια Λητὼ apud Apoll. Arg. l. 2, vtpote ὑπὸ τοῦ Κοίου γεννηθεῖσα, Genita à Cœo.

Κοιοφόρος, Hesychio est ἔγκυος, ἐγγαστρωμένη, Grauida, Vterū gerens, Prægnans. qui & κοίημα attulerat pro γέννημα. Infrà per υ in prima syllaba.

Κοιρανέω, t. 2, c. 301, b. Κοιρανίδης, ib. a

Κοιρανίη, t. 2, c. 300, g. Κοιρανικὸς, ib. h

Κοίρανος, ib. c. Κεῖς, vide in Κόϊξ. B

Κοισύρα, ας, ἡ, Cœsyra: fœmina quædam Atheniensis, vxor Alcmæonis, mater Megaclis & Lamachi: generis nobilitate & opibus clara, sed ἐπὶ βλακείᾳ διαβεβοημένη. adeò vt inde Κοισυρωθῆναι dixerint comici pro τρυφερῶς κοσμεῖσθαι, siue τὰ τῆς Κοισύρας φρονεῖ. Suid. ex schol. Aristoph. Inde suprà ἐγκοισυροῦσθαι.

Κοιτάζω, & Κοιτάζομαι, t. 2, c. 294, a

Κοιταῖον, t. 2, c. 292, d. & 293, h. Κοιταῖος, t. 2, c. 293, g

Κοίτη, t. 2, c. 292, c. Κοιτίον, t. 2, c. 294, c

Κοιτὶς, ibid. Pro Cista seu Arca, proper. ipωmenωs scriptum apud Etymol. Ita enim ille, Κοῖτις, (inquit) Atticè C ἡ μικρὰ κίστη. nam τὴν κίστην vocant κοίτην. Est autem in qua κοιταζόμεναι αἱ γυναῖκες ἀποτίθενται τὰ χρήματα, in qua cubantes mulieres reponunt pecunias, seu Cōclaue in quo mulieres habent sua κειμήλια.

Κοῖτοι, t. 2, c. 292, g. Κοῖτον, t. 2, c. 294, c

Κοῖτος, t. 2, c. 292, f. Κοιτὼν, t. 2, c. 294, a

Κοιτωνὶς, ib. c. Κοιτωνίσκος, ib.

Κοῖφι, vulgari sermone & κατὰ συνήθειαν dicitur quod propriè ὡς ἑλληνίζον dicendum est κῆφι: è censu τῶν ἱερῶν ἀ- D τμῶν. Ita Etymol. Infrà κύφι.

Κόκκαλος, Erotiano est ὁ στρόβιλος. Vtitur hoc vocabulo Hippocr. De morb. acut. dicens, κόκκαλος καὶ σμύρνα ἐκλικτόν. Et aliquanto pòst, περιπλευμονίης ἐκλικτὸν describens, ait, κόκκαλον, χαλβάνην ἐν μέλιτι Ἀττικῷ ἀποζέσας, πίνειν δίδου. Vbi annotat Galenus, quem ipse κόκκαλον appellat, antiquos non sic nominasse, sed potius κῶνον: à recentioribus propè omnibus vocari στρόβιλον. Solere autem Hippocratem ex eo conficere ἐκλικτὸν, quum maximè pinguis est, hoc est quum πολλὴν ἐν κύκλῳ περικεχυμένην ἔχει ἰδίαν ῥητίνην. Itidem in Lexico Hippocr. E tradit idem Galenus, κόκκαλον à plerisque accipi τὸν πυρῆνα τοῦ στροβίλου, nucleum nucis pineæ: Dioscoridem verò diminutiuè ita nominari velle τὸν κνίδιον κόκκον, Cnidium granum. Hesychio κόκκαλος est non solùm στρόβιλος, sed etiam ῥόμβος & πεύκη.

Κοκκὴς, οῦ, ὁ, Progenitor, Auus. Epigramm. libro 1, κοκκαὶ vocantur Quercus, quòd eæ priscis mortalibus nutrices fuerint. Ita vulg. l. Sed perperam, vt videbis paulo infrà in Κοκύαι.

Κοκκίδα, Hesych. dici scribit αἴγειρον, Populum nigram. F

Κοκκινοβαφὴς, t. 1, c. 718, h. Κόκκινος, vide in Κόκκος.

Κοκκόαξ, Hesychio est κορώνη, Cornix. forsan à voce.

Κοκκοβαρὴ, eidem est γλαὺξ, Noctua.

Κοκκοβαφὴς, t. 1, c. 718, h. Κοκκοβόας, t. 2, c. 1445, g

Κοκκοθραύστης, Hesychio est ὄρνις ποιὸς, auis quædam: procul dubio sic dicta à confringendis granis.

Κοκκόνοι, eidem Hes. sunt οἱ πυρῆνες τῶν ἐλαιῶν, Olearum nuclei.

Κοκκοποιὸς, & Κοκκόρυζος, vide in sequ. Κόκκος. G

Κόκκος, ου, ὁ, Granum. vt apud Dioscoridem lib. 4, κόκκοι τῆς ῥοιᾶς, Grana mali Punici. vel etiam Acini mali Punici. Sic κόκκος κνίδιος, siue κόκκος κνίδειος, Granum Cnidium, apud Dioscoridem & Galen. necnon Athenæum. Est autem semen thymelææ, myrti in modum rotundum & inter initia virens, ac tandem rubescens. Vnde κνίδελαιον vocatur oleum quod ex eo paratur. Testis Dioscorides lib. 4, cap. 173: & lib. 1, cap. 44. Ab eodem Diosc. commemoratur & κόκκος βαφικὴ, quam esse dicit θάμνον μικρὸν φρυγανώδη ᾧ προσκεῖνται οἱ κόκκοι ὡς φακοί: optimam H esse Galaticam & Armeniacam, inde Asiaticam & Ciliciam: vltimo loco Hispanicam. Ciliciam verò nasci in quercubus, similem minutæ cochleæ: ore à mulieribus illius regionis legi, & κόκκον vocitari. Ex fruticē igitur & granum eius appellat κόκκον, & quidē illū genere fœm.

Theophrastus πρῖνον vocat hanc arborem, & κόκκον fructum. Ita enim ille libro 3, Hist. plantarum cap. 8, ἡ πρῖνος τὸν φοινικοῦν κόκκον φέρει. Et cap. 16, φέρει δὲ καὶ παρὰ τὴν βάλανον κόκκον τινὰ φοινικοῦν: de ilice itidem. Plin. quoq; Coccum vocat, vt libro 9, cap. 41, Coccum Galatiæ rubens granum. Et libro 16, cap. 8, Omnes tamen has roboris dotes ilex solo prouocat cocco. Granum hoc, primóque ceu scapus fruticis paruæ aquifoliæ ilicis: cusculium vocant. Idem cocci vsum gratiorem esse scribit si, quæ eo tincta fuerunt, Tyrio tingantur, vt fiat hysginum: sed & cocco Cnidio huius cocci colorem esse, at magnitudinem grano piperis maiorem, vim ardentem. Alibi coccum ilicis appellat, videlicet lib. 24, cap. 4. Idem coccum appellat cocci colorem, lib. 22, cap. 2, Iam verò infici vestes scimus admirabili fuco atque vt sileamus, Galatiæ, Africæ, Lusitaniæ granis coccū imperatoriis dicatum paludamentis, trāsalpina Gallia herbis Tyrium atque conchylium tingit, omnésque alios colores. Nisi potius intelligendus ibi cocci nomine pānus cocco tinctus. vt apud Philostr. epist. 27 τὰ ῥόδα τῆς στρωμνῆς ἀπαλώτερα, ὑπὲρ τὸν Βαβυλώνιον κόκκον, καὶ τὴν Τυρίαν πορφύραν. Gorr. quoque κόκκον βαφικὴν esse tradit ilicem aquifoliam, solo cocco omnes roboris dotes prouocantem. esse illi colorem rubeum qualis in rosa micat, imperatoriis tantùm paludamentis apud antiquos dicatum: à Gallis scarlatum, à Narbonensibus vermilonum, ab officinis granum tinctorum appellari. Hinc igitur DICITVR Κοκκοβαφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Cocco tinctus. Theophr. Hist. plantarum libro 3, cap. 8, τὴν ἀνὰ μέσον, κοκκοβαφὲς καὶ λαμπρὸν, veluti cocco tinctum & splendidum. ET Κοκκοποιὸν, itidem Cocco imbutum: si non mentiuntur Hesychii codices, in quibus exponitur κοκκοβαφές. NECNON Κόκκινος inde dicitur, itidem pro Cocco tinctus, seu Coccino colore imbutus. vt κόκκινον ἔριον, in epist. ad Hebr. cap. 9 Et κοκκίνη χλαμὺς, Coccina chlamys. Sic κόκκινος χιτὼν apud Plutarchum in Fab. quem super imperatoris tentorio extendi solitum scribit quum hosti pugnæ signum dare volebant. Et apud Gregor. τὸ κόκκινον περιβαλοῦ, coccinam indue vestem. Vbi vt τὸ κόκκινον dicitur substantiuè, ita apud Martial. Coccina famosæ donas & ianthina mœchæ. Indéque apud eundem poeta 1, Coccinatus dicitur ὁ τὸ κόκκινον περιβεβλημένος, Coccinis indutus, Coccina amictus veste. Plinius dicit etiā Coccineus color, & Coccinei acini, pro κόκκινοι. & Lamprid. Coccea indumenta. Hieronym. κόκκινον reddidit Vermiculum, respiciens ad coccum scolecium dictū. Apud Aristophanem κοκκίνους reperitur & substantiuè vsurpatum, in Vesp. ἐγὼ τεὐμὸν νομίζω γῆρας εἶναι κρεῖττον ἢ πολλῶν κοκκίνους νεανιῶν καὶ σχῆμα κεὐρυπρωκτίαν. ibi enim schol. scribit κοκκίνους dictas fuisse τὰς περιεστεμμένας καὶ πετημελημένας τρίχας. Sed eam scripturam non possum non suspectam habere, præsertim quum Suidas legat κικίννους, cincinnos, vt suprà docui. Cæterùm è superiore κόκκινος est COMPOS. Κοκκινοβαφὴς, Coccino tinctus, seu Coccineo imbutus colore. Athen. libro 5, οὐρανίσκῳ κοκκινοβαφεῖ περιλελυκώ. Ex primo autem illo κόκκος, quod in genere quoduis granum significat, COMPOS. Κοκκόρυζος, quod ex Apsyrto Hippiatro affertur pro Granum oryzæ: non tamen sine mendi suspicione. Rursum κόκκος, & DIMINVT. Κόκκιον, transferuntur ad alia etiam. Ita enim medici vocant pilulas, quòd granorum magnitudine ferè sint, & rotundæ granorum instar. Alex. Trallian ἡ κάθαρσις ἡ διὰ τῶν κόκκων ἐχόντων τὴν κολοκυνθίδα. Et alibi κοκκία βηχικὰ, Pilulæ quæ tussi medentur. Eadē & καταπότια. Hesychio κόκκος est non solùm ὁ τοῦ σίτου κεγχραμὸς, granū frumenti: & ἐξ οὗ τὸ φοινικοῦν βάπτεται, granum ilicis rubēs quo puniceа inficiuntur: necnon αὐτὸ τὸ χρῶμα, ipse color puniceus: sed etiam τὸ γυναικεῖον μόριον, muliebre mēbrum. Apud eundem LEGITVR Κοκκοῦσα, expositum συκῆ, Ficus: forsan quoniam fructus eius multa habet granula, quæ alio nomine κεγχραμίδες dicuntur. ITEM Κόκκωνες, eodem autore dicuntur οἱ κόκκοι τῆς ῥοιᾶς καὶ ὅθεν ἰξὸς, Grana mali Punici & vnde viscum fit. Meminit huius vocabuli Galen. quoque in Lex. Hipp.

Ibi enim scribit κόκκωνα ab Hippocrate vocari κόκκον τὸν A
κοινῶς ὀνομαζόμενον, non τὸν κνίδιον: quem & ipsum interdum κόκκον sine adiectione ab eo nominari. Praeterea à κόκκος generaliter accepto, est VERBVM Κοκκίζω. vnde apud Aristophanem, κοκκίσαι ῥόαν, Punicum malum suis exenterare granis, Grana eximere è malo Punico. seu acinos. quod & ἐκκοκκίσαι dicitur verbo posito.

Κόκκω, Atticè pro ταχὺ, Celeriter. Ita apud Suidam in manuscr. cod. Pro quo Etymol. habet Κόκυ. Sic enim apud eum legimus, Κόκυ, Ἀττικοὶ τὸ ταχύ. At κόκκυ ab Hesych. exp. πέλαγος, Res minima. B

Κοκκύαι, Suidae sunt αἱ πρόγονοι, Maiores: in exemplū afferēti, ἀφ' ὑμέων κοκκύαι καὶ ἡ ἀρχαίη. Infrà vnico κ.

Κόκκυγες, Κοκκυγίας, Κοκκύζω, Κοκκυμηλέα, Κοκκύμηλον, Κοκκύμηλος, vide in sequ. Κόκκυξ.

Κόκκυξ, υγος, ὁ, Coccyx seu Cuculus: auis verna ex accipitrum genere, sed degener & timida: sic dicta παρὰ τὸ κόκκυ φωνεῖν, quod vno verbo DICITVR Κοκκύζειν, Coccyzare, Cuculi vocem edere, Sonare cucu seu κόκκυ. Hesiodus Ερ. 2, Ἦμος κόκκυξ κοκκύζει δρυὸς ἐν πετάλοισι, Quando cuculus in quercus foliis seu frondibus coccyzat. Verùm hoc κοκκύζειν non semper cuculi est, sed tribuitur etiam gallinaceo. nam Schol. Aristophanis κοκκύσω exp. δίκην ἀλεκτρυόνος βοήσω, συρίσω, in hoc loco Ran. Καὶ λαβομένω τὸ ῥῆμ' ἑκάτερος εἰπάτω, Καὶ μὴ μεθῆτον πρὶν ἂν ἐγὼ σφῷν κοκκύσω. Vbi quum vterque suum ῥῆμα protulisset, Bacchus ait, Κόκκυ, μεθεῖτε: nimirum φωνῶν τὸ κόκκυ seu κοκκύζων galli vel etiam cuculi more. C
Apud Aristot. quoque, Hist. animalium lib. 9, κόκκυξ esse gallinacei generis dicitur, & à Gaza reddi Cucurrire. Itidémque apud Athenaeum libro 14, ex Artemidori Opsartyticis, καὶ νομάδα παχεῖαν ἕψε, καὶ νεοσσοὺς τῶν ἤδη κοκκυζόντων, pullos gallinaceos iam cucurrire incipientes. D
At Prouerb. Quum Nibas coccyzauerit, vide apud Erasmum in Chiliad. adag. vbi affert & aliud prouerb. Coccyge astutior. Non solùm porrò auis nomen est κόκκυξ, sed piscis etiam, & quidem vocalis, apud Aristot. Histor. animal. lib. 4, cap. 9. Ibi enim dicit κόκκυγα τρίζειν ψοφεῖ δὲ τρυγμόν. Coccygem itidem nominare possumus hunc piscem, quum Plinius auem quoque appellet coccygem vocabulo Graecanico. Κόκκυγες dicuntur etiam Grossi caprifici arboris: οἱ ὄλυνθοι: quoniam videlicet φαίνονται κατ' ἔαρ ἅμα τοῖς κόκκυξιν. Nicander Ther. v. 853, Σαὶ δὲ κράδης κυΐουσαν ἀποτμήξαιο κορύνην· Ἢ αὐτοὺς κόκκυγας ἐρινάδος, οἵτε πρὸ ἄλλης Γογγύλοι ἐκφαίνουσιν ἀνοιδείοντες ὀπώρης. Hesychio autore κόκκυξ dicitur & herba quaedam, & ὁ πρόβολος, & τὸ ἱεροῦ ὀστέου τὸ πρὸς τοῖς ἰσχίοις. Gorraeus κόκκυγα esse dicit os in imo sacri ossis positum, tribus propriis partibus constans, quae inter se symphysi vniuntur. Plura de hac appendice sacro ossi adnata vide apud eundem, necnon apud Galenum in lib. De ossibus. Eidem Hesychio κόκκυξ est etiam λόφος & περικεφαλαία, Crista & Galea: qui tamen ET Κόκκυς affert pro λόφος. Denique κόκκυξ est nomen montis qui olim θρόναξ dictus fuit, teste schol. Theocr. Porrò à κόκκυξ est COMPOSITVM Κοκκύμηλον, vt testatur Nicander hoc hemistichio apud Athenaeum lib. 2, μῆλον ὃ κόκκυγος καλέουσι, malum quod coccygis vocitant. Latini Prunum appellant. Graeci alio nomine Δαμασκηνὸν nuncupant, quoniam ἐν τῇ Δαμασκηνῶν χώρᾳ πλεῖστόν ἐστι τοῦτο τὸ ἀκρόδρυον καὶ κάλλιστα γεωργεῖται, vt tradit Athenaeus libro 2. quum tamen Damascena sint potius species quaedam τῶν κοκκυμήλων Damasceno agro peculiaris, ac διάφορος τῶν κατὰ τὰς ἄλλας χώρας γινομένων. Suidas esse vult pomorum speciem quae suo tempore dicta fuerint βερίκοκκα. quo vocabulo nominari videntur potius ea quae vulgò arbricocs appellantur, à Latinis pariter & Graecis Armeniaca. Porrò τῶν κοκκυμήλων meminit Hipponax, dicens, στέφανον εἶχον κοκκυμήλων καὶ μίνθης. Et Alexis, στρογγύλου σφαιροειδῶν κοκκυμήλων πεπόνων. Idem, κοκκυμήλων σφαιροειδῶν πεπόνων. Sunt verò & ἄγρια κοκκύμηλα, pruna syluestria, quorum mentio apud Athenaeum libro 2. Arbor τῶν κοκκυμήλων DICITVR Κοκκυμηλέα, Latinis Prunus. de cuius arboris fructúsque vi medica, vide Dioscoridem lib. 1, cap. 175. Theophr. Hist. plant. lib. 4, cap. 3, κοκκυμηλέαν quandam describit, quam Plin. libro 13, cap. 10, prunum Aegyptiam vocat. Idem Theophr. lib. 3, cap. 16, commemorat & aliud genus τῆς κοκκυμηλέας, pro quo apud eundem Plin. reperio Coggygria, lib. 13, cap. 22. Rursum Theophr. libro 3, cap. 7, τὴν σποδιάδα esse dicit veluti ἀγρίαν κοκκυμηλέαν, prunum syluaticam: cuius rei mentio & apud Athenaeum lib. 2. Dicitur ETIAM Κοκκύμηλος pro κοκκυμηλέα. Ita enim Pollux lib. 1, Sciendum (inquit) quod κοκκύμηλον quidem neutro genere dicitur ὁ καρπὸς, fructus: masculino autem genere arbor à mediae comoediae poetis dicitur ὁ κοκκύμηλος. AT VERO Κοκκυγίαν vocant Crotoniatae ventum quendam, teste Hesychio: forsan quòd eo tempore spiret quo ὁ κόκκυξ incipit κοκκύζειν. E F G H A B

Κόκκυς, vide in praeced. Κόκκυξ. Κόκκων, in Κόκκος.

Κοκρύδαλοι, Hesychio sunt κυλλοί.

Κοκρύδων, idem affert pro λῃστῶν, κλεπτῶν, Latronum, Furum.

Κοκύαι, Hesychio οἱ πάπποι καὶ οἱ πρόγονοι, aui & maiores: vt Etymologo quoque κοκύας est ὁ πρόγονος: qui addit, Ionicum esse vocabulum, & significare τοὺς ἤδη κεκοιμημένους. Pro Aui seu Ataui, Proaui, Maiores, legitur in Epigr. l. 1, tit. εἰς δένδρα. Ibi enim Zonas dicit, Τηλόθι δ' ἴσχε δρυὸς πέλεκυν. κοκύαι γὰρ ἔλεξαν Ἄμμιν ὡς πρότεραι ματέρες ἐντὶ δρύες: indicans auos monuisse à quercubus abstinendam esse securim propter stirpis antiquitatem.

Κόλα, Suidae ἡ γαστὴρ, Venter. cui subiungit dat. plur. ταῖς κόλαις. Plurale κόλα Hesychius exponit ὀστᾶ, μέλη, vt κῶλα: necnon ὅπλα, dicens esse & saltationis speciem, quae alio nomine appellatur ξιφισμὸς, Gladiatio. Et hinc forsan sunt VERBA Κολαβρεύεσθαι, ET Κολαβρίζειν, significantia Saltare, vt idem Hesych. innuit. κολαβρευομένη enim exponit κώλοις ἀλλομένη: afferens & κολαβρίζειν pro σκιρτᾶν, Saltare: & quidem ita vt τοῖς κώλοις petulantius aerem verberes. Ex quo posteriore verbo est VERBALE Κολαβρισμός: cuius Pollux quoque meminit inter saltationis species. nam lib. 4, cap. 14, κολαβρισμὸν esse dicit Θρᾳκικὸν ὄρχημα καὶ Καρικόν: ἐνόπλιον verò ipsum. At Suidas verbo κολαβρίζεσθαι diuersam planè significationem tribuit. nam κολαβρισθῆναι significare scribit ἐκπιαχθῆναι, ἀτιμασθῆναι, χλευασθῆναι, οὐδενὸς λόγου ἄξιος νομισθῆναι, propterea quòd κόλαβρος siue κάλαβρος dicatur ὁ μικρὸς χοῖρος, paruus porcellus, qui nullo in pretio esse solet. Suprà Καλαβρισθήσεται & Καλαβρισμός.

Κόλαβος, Suidae est ὁ μικρὸς ψωμὸς, Offula, Buccea paruula. Idem κολάβους dici scribit τοὺς ἄρτους τοὺς ἐοικότας τὴν πλάσιν τοῖς κολλάβοις τῆς κιθάρας. quosdam verò esse qui dicant esse εἶδος πλακοῦντος τετραγώνου siue ἄρτου μικροῦ, παρὰ τὸ ἐκ μεγάλων κολλυβίζεσθαι. qua de re vide & t. 2, c. 309, d. Inde ἐνεκολάβησεν apud Aristophanem pro Deglutiuit, seu Pergulam in ventrem demisit veluti κόλαβον. volunt verò & κολαβεῖν esse Buccellam deuorare, Deglutire: nullo tamen eius allato exēplo. ‖Rursum κόλαβοι esse dicuntur lyricorum poetarum genus, sic vocati ἀπὸ τῶν κολλάβων, quae sunt citharae verticilla in quae fides aptandae inseruntur. At pro Κολαβὸν, quod ex Theophr. Hist. pl. l. 5, c. 10, affertur pro Curtum, Truncum, Diminutum, Quod summas sui partes amisit, scribendum κολοβόν.

Κολαβρεύεσθαι, Κολαβρίζειν, Κολαβρισμὸς, Κόλαβρος, vide paulo antè in Κόλα.

Κολάζω, t. 2, c. 301, d. t. 3, c. 1717, c. Κολάζομαι, t. 2, c. 301, d

Κολαινὶς, Dianae cognomen, à Colaeno quodam qui templum ei construxit: aut διὰ τὸ τὸν Ἀγαμέμνονα θῦσαι αὐτῇ ἐκ τοῦ κηροῦ κόλον. vt tradit schol. Aristoph. apud quē vide plura de hoc cognomento. Infrà κολεμίς.

Κολακεία, t. 2, c. 313, a. Κολακεύομαι, t. 2, c. 312, f

Κολακευτικὸς, ib. g. Κολακευτικῶς, t. 2, c. 313, a

Κολακεύω, t. 2, c. 312, e. Κολακικὸς, ib. d

Κολακὶς, ib.

Κολακρέται, ex Cael. Rhod. Antiqu. lection. affertur pro Ciuilium pecuniarum quaestores. pro quo rectius κωλακρέται infrà, quanuis apud Suid. quoque sua serie inueniā κολακρέται: & apud Etymol. κολακρέται, οἱ τῶν ἀργυρείων ταμίαι, οἱ τὸ τετραρχεῖν ἐπιτετ.

Κολακώνυμος, ab Aristoph. per derisum vocatur ὁ Κλεώνυμος, vt qui κόλαξ esset, hoc est adulator. A

Κόλαξ, t.2, c.312, b. Κολακτὴρ, t.2, c.305, a

Κολάπτω, t.2, c.304, g

Κόλαεις, ὁ, animal vlulæ & cæteris τοῖς γαμψώνυξιν inimicum: vnde ab eis & deuoratur, teste Aristotele Histor. anim. lib.9, c.2.

Κόλασις, t.2, c.302, e. Κόλασμα, ib.d

Κολασμὸς, ib. Κολαστέον, Puniendum.

Κολαστήριον, τὸ, t.2, c.303, a. Κολαστήριος, ib.

Κολαστής, t.2, c.302, g. Κολαστικὸς, ib.h B

Κολαφίζω, t.2, c.305, f. Κολάφισμα, ib.g

Κόλαφος, ib.e

Κόλεα, Hesychio est Saltatio quædam: vt κόλα.

Κολεάζοντες, eidem sunt ὠθοῦντες, κωλύοντες, Pellentes, Prohibentes: item ῥαίνοντες, Diuidentes: in obscœna significatione. VNDE Κολεασμὸς, οῦ, ὁ, eodem autore dicitur τὸ ῥαίνεσθαι. Dicit autem hæc τοποιῆσθαι ἀπὸ τοῦ κόλου, & κολεάζειν esse τὸ καθιέναι εἰς τὸ κόλον. Eodē teste κολέαρχος quoque est κακέμφατον ὄνομα. AT Κολέαμος, eidem est ματαιόφρων: qui suprà κοάλεμος. C

Κολεῖν, Hesychio est ἐλθεῖν, Venire: forsan pro μολεῖν.

Κολεκτάριος, Suidæ est ἀργυραμοιβὸς, ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἀλλασσόμενος, τραπεζίτης, ἀργυροπράτης. Vox est è Latino vocabulo Collecta, significans eum potius Qui pecuniam colligit, vel collectam dispensat.

Κολεμὶς, cognomentum Dianæ, à Colemo quodam, teste Hesychio. Suprà Κοαινίς.

Κολεόπτερος, vide in sequ. Κολεός.

Κολεὸς, οῦ, ὁ, Vagina, Culeus. Hom. Iliad. α, Ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος. Sic Eurip. Iphig. Aulid.— ὀξὺ χειρὶ φάσγανον σπάσας Κολεῶν ἔσωθεν. id est ξιφοθήκης. INDE Κολεόπτερος dicitur Cuius pennis crusta veluti vagina superuenit, Cuius pennæ inuolucro crustaceo veluti vagina includuntur. vnde Gaza interpret. Vaginipennis, apud Aristot. Itidem Suidas κολεόπτερα vocari scribit ζωΰφια πτιλωτά, παρὰ τὸ ὡς ἐν κολεῷ τὰ πτερὰ συνέχειν τῷ ἐλύτρῳ. ‖ Κολεὸς, Hesychio est etiam λάρναξ, ὑδρία, Loculus, Hydria. ‖ Rursum κολεὸς apud Aristotelem legitur pro aui quadam. Sed pro eo scribendum arbitrant κολιός. D

Κολεραὶ ὄϊες, Oues glabræ, seu breuem lanam habentes. Apud Aristot. enim, Hist. animalium lib.8, cap.10, αἱ κολεραὶ ὄϊες ἀχειμερώτεραι τῶν δασέων, Gaza vertit, Oues glabræ exutiores, sunt frigoris patientiores quàm vestitiores. Vbi tamen alii interpretandum censent, Oues crispæ sunt hirsutis frigoris patientiores. Hesychius κολερὰ à quibusdam scribit exponi τραχέα: ipse interpretans νόθα, νωθρά.

Κολετράω, ῶ, Verbo hoc vsus est Aristoph. in Nubibus, dicens, Τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεί. Vbi schol. & Hesychius exp. καταπατοῦσι, Proculcant: dicentes translatum esse ἀπὸ τῶν τὰς ἐλαίας πατούντων. Id enim κολετρᾶν dici. Quosdam verò exponere ἐνάλλονται εἰς τὸ κόλον, quod significet εἰς τὴν γαστέρα. Quibus addit schol. Aristoph. significare etiam τύπτειν εἰς τὴν γαστέρα. nam κόλον dici τὸ παχὺ ἔντερον. vel κατὰ κώλου τύπτειν.

Κολητάζει, Hesychio est ἐσθίει, καταπίνει, Comedit, Deuorat, Deglutit.

Κολία, eodem H. autore est ὀρχήσεως εἶδος. VNDE Κολιάσαι deriuatum, quod idem exponit ὀρχήσασθαι, Saltare. Veruntamen idem κολία exponit etiam θηκεῖα & μέτρον τι & τὸ ἡμικόλιον: item plur. numero τὰ ἐκ μέλιτος τρωγάλια. G

Κολίανδρον, Aristoph. schol. suo tempore dictum fuisse scribit quod ab Aristoph. vocatur κορίαννον, Coriandrum.

Κολίας, ου, ὁ, piscis quidam ex genere eorum qui solent ταριχεύεσθαι, vt tradit Athen. libro 3, vbi & sardam ait magnitudinem eius æquare. Plinius lib.32, cap. vltimo, Colias, siue Parianus siue Sexitanus à patria Bætica, lacertorum minima. H

Κολιάω, ῶ, Contendo, Debitum inficior seu Ingratus sum. Hesych. enim κολιᾶν exp. ἐρίζειν, ἀγωνιᾶν: afferens & κολιάσαι pro ὀρχήσασθαι, de quo in Κολία. Vide & κολοιός.

Κολικεύομαι, t.2, c.527, d. Κολικὸς, ib.

Κόλιξ, t.2, c.310, a

Κολιὸς, οῦ, ὁ, auis est apud Aristot. pro quo alicubi κελεὸς, alicubi κολεὸς habent eius exemplaria. Gaza galgulum vertit: qui Plinio autore ἴκτερος est. Mentio eius fieri dicitur & apud Ælian.

Κόλλα, t.2, c.305, g. Κολλαβίζω, t.2, c.309, f

Κολλαβισμὸς, ib.g. Κόλλαβος, ib.b

Κολλάριον, vox à recentioribus Græcis vsurpata ex Latino Collare seu Collaria, quod est δεσμὸς περιτραχήλιος. Vide Κλοιός.

Κολλάω, t.2, c.306, e. Κολλέψης, ib.a

Κόλλη, Ionicè pro κόλλα, Glutinum seu Gluten.

Κολλήεις, t.2, c.306, c. Κόλλησις, ib.g

Κολλῆστις, ab Ægyptiis dicuntur οἱ ἄρτοι, Panes. vt est apud Herodotum lib.2, pag.74. vbi γρ. & κολλῆς. Suprà καλλιστίς.

Κολλητής, t.2, c.307, b. Κολλητικὸς, ib.

Κολλητὸς, ib.d. Κολλικοφάγος, t.2, c.310, a

Κόλλιξ, t.2, c.309, h

Κολλοβάφινα, Hesychio τὰ κολλοβαφῆ, Glutino tincta.

Κολλοβὸς, eidem est σμικρὸς, ὀλίγος: & ἐξερημωμένος. quod ferè infrà κολοβός. Item νόμος τις κιθαρωδικός.

Κολλομελέω, t.2, c.305, h. Κολλοπέω, t.2, c.309, b

Κολλοπίζω, ib. Κολλοπιδιώκτης, ib.

Κολλοπώλης, t.2, c.306, a

Κολλοπῶσαι, Hesychio est καταμαλλῶσαι, Conglutinare.

Κολλορόβιοι, siue Κιλλόβαντες, dicuntur αἱ ὑπὸ τῆς κυφαίας μέγαι ῥάβδοι ἕως τοῦ πόνου.

Κολλούριον, vide in Κολλύριον paulo infrà.

Κόλλοψ, t.2, c.308, f

Κολλυβιστὴς, & Κολλυβιστικὸς, vide in sequ. Κόλλυβος.

Κόλλυβος, ου, ὁ, Collybus: Hesychio autore est species numismatis, seu ὁ ἐν τῷ χαλκῷ κεχαραγμένος βοῦς. vt sit æreus numulus cui bouis imago impressa erat. Pollux quoque ait fuisse λεπτόν τι νομισμάτιον, quum Callimachus de iis qui apud inferos sunt, dicat,— βαιὸν κόλλυβον περιάσκουσιν: pro eo acsi quis diceret τοῦ τυχόντος. Et hinc à poetis τριχόλλυβον quoque vocatum fuisse σμικρόν τι νόμισμα: si tamē non τριχόλλυβον scripsisse existimandus est. quod erit numisma tribus valens collybis. Eidem Poll. κόλλυβος est ἀργυρίου ἀλλαγή, argentei numi permutatio. Quibus verbis videtur significari Minutos numulos quibus argentum permutatur. Nam INDE Κολλυβιστὴς dicitur ὁ τραπεζίτης, Trapezita, Nummularius, hoc est Qui argenteos aureósve numos permutat minutiis & κέρμασιν, quales oboli sunt & teruncii. Sic sanè Cicero dicit, Deductiones fieri solebāt pro spectatione & collybo. Et rursum, Collybus esse quî potest quū vtatur omnes vno genere numorū? Item, In collybo est detrimenti satis. Necnon apud Sueton. in Augusto, Mēsarius collybo manus decolorauit. Legitur porrò nomen illud κολλυβιστὴς apud Lysiam in orat. de aureo tripode, teste Polluce (damnatum tamē à Phrynicho: qui pro eo vti iubet τῷ ἀργυραμοιβός) Et ab eo sunt κολλυβιστικὰ σύμβολα, Symbola collybistica, seu Tesseræ collybisticæ: quales sunt literæ quæ vulgò appellantur literæ cambii, institutæ ad permutandam pecuniam externam, vt tradit Budæus. Notandum verò & κόλλυβος dici masculino gen. & κόλλυβον neutro, teste Polluce. nec tantùm pro numismate accipi, sed etiam pro specie quadam bellariorum, teste Hesychio quoque, cui κόλλυβα sunt τρωγάλια. Eò igitur referendum quod ex Aristoph. Pluto affertur, κολλύβων, φοινίκων, τρωγαλίων, ἰσχάδων. Ac fortitan κόλλυβοι hîc sunt iidē qui κόλλαβοι, hoc est σμικροὶ ἄρτοι, sic dicti παρὰ τὸ ἐκ μεγάλων κεκολλυβῶσθαι, seu σμικροὶ ἀρτίσκοι ἐκ τῶν μεγάλων κεκολλυβισμένοι, parui panes ex magnis massis deminuti vt ὁ κόλλυβος ex magna argenti massa. Alioqui idem comicus vocabulo κολλύβου vtitur & in superiore significatione, nimirum pro specie λεπτοῦ νομίσματος, in Pace, περὶ τοῦ Οὐδεὶς ἐπρίατ' ἂν δρέπανον οὐδὲ κολλύβου. Νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν ἐμπολῶ.

Κόλλυβον, perperam apud Poll. scriptum pro κόλλυβον.

Κολλύρα, ας, ἡ, Collyra: panis species quæ pueris dari solebat, seu τὸ ἔλαττον τοῦ ἄρτου, vt annotat schol. Aristoph. in hoc loco Pacis, vbi Trygæus filiolis suis esse παππάζουσαις καὶ ἄρτον αἰτιζούσαις dicit, ἐξῆν ἐν ὥρᾳ Κολλύραν μεγάλην, καὶ κόνδυλον

καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ. Quem locum Athenæus quo A que affert lib. 3, in sermone de panibus, dicens & ipse κολλύραν esse panis genus, subiungénsq; alium quoque Aristoph. locum ex Holcadibus, καὶ κολλύραν τοῖς πρώτοις τοῖς ἐν Μαραθῶνι ... Vnico tamen ibi λ scriptum est, vt & apud Hes. Inde DIMIN. Κολλυρὶς, & VERBVM Κολλυρίζω, apud Græcos Bibliorum interpretes. vt Regum lib. 2, cap. 6, ἑκάστῳ διεμέρισε κολλυρίδα ἄρτου, ... ἐσχαρίτην καὶ λάγανον ἀπὸ τηγάνου. Vbi itidem reddunt Collyridem panis. Et cap. 13, Amnon Dauidi patri dicit, παραγενηθήτω δὴ Θαμὰρ ἡ ἀδελφή μου πρός με, καὶ κολλυρισάτω ἐνώπιόν μου δύο κολλυρίδας, καὶ φάγομαι ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῆς. Et mox venit Thamar, καὶ ἔλαβε τὸ σταῖς, καὶ ἐφύρασε, καὶ ἐκολλύρισεν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἥψησε τὰς κολλυρίδας. vbi interpretantur Pulmenta & Sorbitiunculas. atqui sanè sequitur, καὶ ἔλαβεν εἰς ὃ ἀπεχέοισεν, καὶ ἐπέχεεν ἐνώπιον αὐτοῦ. vt liquidum fuisse βρῶμα hinc conijcere sit. Nõnulli tamẽ volũt esse Tortas panis. Suid. scribit κολλυρίζειν esse quod vulgari sermone dicitur λαγα... γανιτηγανίζειν: ... κολλύρια vocari τὰ λαλάγια.

Κολλύριον, ου, τὸ, SIVE Κολλούριον, Collyrium: medicamentum oblongum & teres, ex liquoribus, succis, seminibus, fructibus & metallicis, ad varios vsus compositum, compactum cohærénsque, in modum ferè eius quod vulgus pharmacopolarum ... rotulam appellat. Sic enim olim reponebatur & adseruabatur collyria, quúmque vtendi esset occasio, ea vel integra, sicuti condita erãt, adhibebantur in vsum, vel soluebãtur in puluerem, qui aut siccus aut humore aliquo dilutus affectæ parti vel oblinebatur, vel linamento exceptus indebatur, vel suffitionibus aut alio modo inseruiebat. D nanque τὸ κολλούριον antiquis figuratum fuisse, & certam habuisse formam, ex veterum medicorum lectione cognoscitur, qui pleraque medicamenta in collyrii formam fingenda præcipiunt. Corn. Celsus libro 5, docens quomodo callum fistularum erodere oporteat, Satis (inquit) est vel papyrum intortam, vel aliquid ex penicillo in modum collyrii adstrictum medicamento Megetis illinere. Et paulo suprà, Exque eo (sub. emplastro) collyrium fingere, altera parte tenuius, altera parte tenuius, idque ea parte qua tenuius est antecedente, demittere in fistulam, donec sanguis purus se ostendat: quæ in omnibus fistularum collyriis perpetua sunt. Similiter Galenus τῶν κατὰ τόπους libro 3, differens de narium affectibus, docet ex certis medicamentis contusis lævigatísque collyriorum formas effingendas esse quæ congruam ad nares ægroti proportionem habeant, eásque in naris affectæ meatũ immittendas. Ad hæc Oribas. Collect. medic. lib. 10, c. 23, ex Antyllo collyriis figurã tribuit caudæ muris similem, quatuórque digitorum longitudinem, & præterea soliditatem firmitatémque, vt oleo aliquo, non secus atque balani, inungi possint. Ac figuram quidem iis talem fuisse ipsa nominis ratio videtur ostendere. dicta enim putantur quasi κολούρια, hoc est κολοβὰ τὴν οὐρὰν, vel κόλα αἱ οὐραί, quia sint instar mutilatæ caudæ. secundum quod etymon vno λ & cum diphthongo scribendum esset, quum alioqui gemino λλ & interdum per υ ψιλὸν tantum scriptum reperiatur, apud Latinos præsertim. Alij dictum putarunt παρὰ τὸ κωλύειν siue κωλύειν τὸν ῥοῦν: sed parum probabiliter. nec enim tãtùm ad sistẽdas fluxiones adhiberi comperiũtur, sed ad alias etiã quãplurimas affectiones. nã & fistulis indũtur ad conglutinandum, detergẽdúmve, aut ad exterendos earũ callos: & naribus, ad polyporũ & ozænarum curationem, itémque auribus vlcere affectis. adhibentur & vtero, cùm ad ciẽdas purgationes & ad fœtum atque secundas expellendas, tum ad sistendum etiam immodicas sanguinis excretiones, aliósque vteri affectus sanandos. Induntur collyria & in anum, quæ glandes etiam appellat Aetius in curatione dysenteriæ: & Scribonius Largus ad tenesmum effingit itidem collyria adinstar nuclei pinei: vt Columella quoque l. 6, c. 6, collyria componit quæ bouis cruditate laborantis aluo immittantur. Aetius l. 8, collyriis vtitur & ad suffitiones. Veruntamen oculorum præcipuè vitiis adhiberi solita sunt,

C

E

F

G

H

qui quanto sunt reliquis corporis partibus præstantiores, tanto magis medici veteres in eorum collyriis elaborarunt, & eorum copia quodãmodo luserunt. Quorum quum plures reperiantur differentiæ, tres tamen præcipuæ & summæ habentur. alia enim κολλούρια simpliciter, alia ξηροκολλούρια, alia ὑγροκολλούρια compositis nominibus vocantur. differunt autem ab inuicem sola materia. siquidem quæ κολλούρια simpliciter dicuntur, ex omni materia indifferenter constant, liquoribus, succis, seminibus, fructibus, stirpium & animalium particulis, aromatibus, metallicis, cuiuscunque ea sint facultatis. ξηροκολλούρια verò, hoc est arida collyria, metallicis præsertim constant, seminibus, fructibus, aromatis, & alia sicca materia, humore aliquo vel gummi collecta & cohærente. At ὑγροκολλούρια, hoc est humida collyria, componuntur ex liquoribus, succis, oleis, melle, animalium felle, & aliis compluribus similiter humidis & varias etiam vires habentibus. Habent autem & horum collyriorum singula permultas differentias, quæ vt materia & viribus diuersis constant, sic varia sortita sunt nomina, μονοήμερα, ἄδηκτα, στακτὰ, πρεσ..., ἀποδεκτὰ, διὰ ῥόδων, διὰ σμυρνῆς, χλωρὰ, λευκὰ, διὰ κρόκου, ἴδια, ναρδῖνα, πραγματικὰ, σμηκτικὰ, ἰσόθεα, θεοδότια, & alia pleraq;. Hæc inter alia Gor. Exempla multa proferre superuacaneũ est, tamẽ aliqua saltem citabo, in quibus pro glande, pesso aut errhino medicamẽto ponitur. Anatolius in Hippiatr. ποιήσας κολλούρια, εἰς τὴν ἕδραν ἔμβαλε. Hipp. Γυναικ. l. 1, ταῦτα μίξας καὶ τρίψας λεῖα, κολλούρια ποιέειν μητρέων. Diosc. l. 2, de iride, προστιθεῖσα δὲ ὡς κολλούριον μετὰ μέλιτος, ἔμβρυα καταστᾶν. Apsyrtus in Hippiatr. ποιήσας κολλούρια μεγάλα ὅσον χωρέουσιν οἱ μυκτῆρες, δι' αὐτῶν ἔμβαλε. In quo posteriore loco nota sine diphthõgo per υ tãtùm scriptũ esse, in cæteris per ου diphthõgum. Verùm & κολλύρα à Theophr. vsurpatũ ἐπὶ τῶν ἐκ πέψεως πλασσομένων, reperio apud Hes.

Κολλυρίων, auis quædã est, teste eodẽ Hes. Meminit eius Aristot. Hist. anim. l. 9, c. 13. vbi Gaza vocat Collurionem.

Κόλλιξ, ex Etymol. esse dicitur Capillus verticis quẽ relinquebant indetonsum diis consecrãdũ. Alii habẽt σκόλλυς.

Κολλύκιον, Hesychio καρύου λέπισμα, Putamen nucis.

Κολοβόκερκος θυσία, Victima mutila seu trunca caudã, Cui cauda est amputata. vt ὠτότμητος. Chrys. in ep. ad Rom.

Κολοιβάζειν, Hesychio est ἀτάκτως ἐσθίειν, Inordinatè seu indecenter comedere.

Κολοίδιον, eidem est παραξιφίδιον, Pugio aut Culter.

Κολοίδορον, idem esse dicit ξύλον μάχας ποιουμένων ἐπεισφερόμενον. quod interpr. Lignum quod pugnantibus interiicitur vt diuellantur, Longurius.

Κολοιὴ, eidem Hes. est φωνὴ, Vox.

Κολοιόπτερα & κολεόπτερα ζῶα, ὁ κάνθαρος καὶ ἡ μηλολόνθη, & simil. a. ita Suid. Sed pro priore scribendum potius κουλεόπτερα, vt infrà.

Κολοιὸς, οῦ, ὁ, Hesych autore dicitur Parua cornix: Latinis Graculus siue Monedula. Hom. Il. π, ἴρηκι ἐοικὼς ὠκέϊ ὅς τ' ἐφόβησε κολοιούς τε ψῆράς τε. Et Il. ρ, ὡς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν οὖλον κεκλήγοντες ὅτε προΐδωσιν ἰόντα κίρκον. Et in prouerb. apud Luc. κολοιὸς ἀλλοτρίοις πτεροῖς ἀγαλλόμενος, Graculus alienis pennis sese ostentat. seu Cornicula. vt Horat. dicit, — moueat cornicula risum Furtiuis nudata coloribus. INDE Κολοιώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Graculo similis, Ad graculos proximè accedens, Qui è graculorum genere est. A Plut. περὶ πολυφιλίας dicitur ἡ φιλία esse συνώνυμον ζῶον, οὐκ ἀγελαῖον οὐδὲ κολοιῶδες, nõ graculorum more gregale. solent enim gregatim volare hæ aues. vnde & poeta dicit ψαρῶν νέφος ἠὲ κολοιῶν. Est inde & VERB. Κολοιάω, ῶ, Graculorum vocem sono, Graculos voce imitor. propria vox τῶν κολοιῶν. Poll. enim libro 5, cap. 13, de auium vocibus, tradit κορώνας

κρώζειν, κολοιοῖς κλώζειν siue κολοιᾶν. Vbi tamen hæc sine A
diphthongo simplici ι scripta sunt, κολιὸς & κολιᾶν: minus rectè.

Κολοίτια, Hesychio est arbor quædam: eadem forsan quæ κοιλώπα apud eundem. A Theophrasto Hist. plant. lib. 1, cap. 18, ἡ κολοιτία dicitur in Lipara insula nasci, & semen ferre ἐν λοβῷ leguminum modo. Alibi κολουτέα apud eum legitur, vt apud Gazam quoque & Colœtia & Colutea.

Κολοιώδης, vide paulo antè in Κολοιός.

Κολοκάνοι, Hesychio sunt ἀμήκεις καὶ λεπτοί, oblongi & tenues seu graciles. qui & κολεκάνοι similiter positū fuisse scribit ἐπὶ μήκους σὺν λεπτότητι. B

Κολοκασία, ας, ἡ, & Κολοκάσιον, ου, τὸ, Fabæ Ægyptiæ radix. Athen. n. initio libri 3, ab Alexandrinis κολοκάσια nominari scribit τὰς τοῦ Αἰγυπτίου κυάμου ῥίζας. Itidémque Diphilus Siphnius ibidem, ἡ τοῦ κυάμου (inquit) τοῦ Αἰγυπτίου ῥίζα, ἥτις λέγεται κολοκάσιον, εὔστομα χός ἐστι. Et Diosc. l. 2, c. 128, de Ægyptia faba, ῥίζα δὲ ὑπεστι παχυτέρα καλάμου, βιβρωσκομένη ἑφθή τε καὶ ὠμὴ κολοκασία καλουμένη. Necnon Nicand. κυάμου λέψας κολοκάσιον, ἐντμήξας τε. Aliter tamē C
Plin. l. 21, c. 15, In Ægypto (inquit) nobilissima est colocasia, quam cyamon aliqui vocant. Hanc à Nilo metūt, caule quum coctus est, araneoso in mandendo, thyrso autē qui inter folia emicat, spectabili foliis latissimis, etiamsi arboreis comparentur. Et mox, Implexis colocasiæ foliis in variam speciem vasorum, potare gratissimum habent. Fuit Sicyone & κολοκασίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν, teste Athen. initio libri 3.

Κολοκορδόκολα, Intestina, Omasa: vt vult Lascaris.

Κολόκυμα, à comico dicitur τὸ κωφὸν κῦμα, Surdus fluctus: D
pro κολὸν siue κολοβὸν κῦμα. Id autem duobus modis fit, vel quum ἀνέμου λήξαντος αὐτὸ ἐπαίρεται: vel quū ἀνέμων πνευσάντων οἴσεται κέλευθα. Idē porrò esse κολόκυμα & κωφὸν κῦμα, ex eo patet qui sic scriptum reliquit, Κολόκυμα, κωφὸν κῦμα καὶ ἐπικαχλάζον. κωφὸν verò hoc loco interpretantur veteres τὸ ἄψοφον καὶ διὰ τὸ μηδὲ ἐξακουομένην ἔχον τὴν ἠχήν. Ita Eustathius: fortè ex Suida, apud quē legimus, Κολόκυμα, τὸ κωφὸν κῦμα καὶ μὴ ἐπικαχλάζον, Surdus fluctus nec vllum agitatis lapillis strepitū edēs. E
Vtitur autem hoc vocabulo Aristoph. Equit. vbi ὁ ἀλλαντοπώλης aduentante Cleone dicit, Καὶ μὴν ὁ Παφλαγὼν οὑτοσὶ προσέρχεται, Ὠθῶν κολόκυμα καὶ ταράττων καὶ κυκῶν, Ὡς δὴ καταπιόμενός με. Vbi schol. quoque κολόκυμα esse dicit τὸ κολοβὸν κῦμα siue κωφὸν, τὸ μὴ ἐπηγμένον μηδὲ καχλάζον. Sed videtur potius de eo fluctus genere dici quod nullo agitante vento tollitur & strepitat: quum statim Cleone minas crepare incipiente, ὁ ἀλλαντοπώλης subiiciat, Ἥσθην ἀπειλαῖς, ἐγέλασα ψολοκομπίαις: minas eius & fumidas iactationes irridens, eásque comparans fluctui qui per sese intumescere & strepere incipit.

Κολοκύνθη, siue Κολοκύντη, ης, ἡ, Cucurbita. Hellespontii κολοκύντας nominare solent τὰς περιφερεῖς, rotundas cucurbitas: σικύας verò, τὰς μακράς, oblongas. quas aliqui & Ἰνδικὰς κολοκύντας appellāt. hæque vtplurimùm ἕψονται, illæ etiam ὀπτῶνται. Alii verò & σικύας Ἰνδικὰς appellant τὰς κολοκύντας, διὰ τὸ κεκομίσθαι τὸ σπέρμα ἐκ τῆς Ἰνδικῆς: vnde & apud Cnidios τὰς κολοκύντας vocatas fuisse Ἰνδικάς. vt tradunt Euthydemus & Menodorus apud Athenæum, qui Athen. scribit Atticos dicere tantùm κολοκύντη, vt sanè scriptum & apud Aristophanem & Suid. G
B Σάτυρος, Satyrus. Etymol. deriuat à nomine σάθη , quod penem ſignificat : quoniam libidinoſi ſunt ſatyri. Sic Heſ. σατύραν exponit καταφερῆ. Hinc Σατυρικός, Satyricus,Satyro ſeu ſatyris conueniens. vnde σατυρικὴ ὄρχησις, Saltatio ſatyrica,Saltatio qualis eſt ſatyrorum. Et ποίησις σατυρικὴ,Satyrica poeſis,Satyris conueniens. id eſt ſatyrorum dicacitati. (Nam σατυρικὸς redditur etiam Dicax,Mordax:nimirum more ſatyrorum.affertúrque ex Plutarcho, in Pericle, & in Galba, ἄνθρωποι σατυρικοὶ τοῖς βίοις. vbi tamen ad dicacitatem ſolùm reſpici,dicere non poſſumus) Ariſtot. De poetica, τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τετραμέτρῳ ἐχρῶντο, διὰ τὸ σατυρικὴν καὶ ὀρχηστικωτέραν εἶναι τὴν ποίησιν. Illud autẽ Σατυρώδης exponitur Satyros imitans, ſeu ſatyrorum mores, Ad ſatyrorum mores accedens. In vulg. lex. affertur pro hiſpido , ex Luciano. A nomine Σάτυρος ſunt etiam verba, Σατυρίζω & Σατυριάω, ῶ, Prurio ad venerem inſtar ſatyri. Sed σατυρίζω exponitur etiã Arrigo. Hinc Σατυρίασις & Σατυρισμὸς de pruritu illo dicuntur : ſed peculiariter ita vocatur pudendi palpitatio, inflammatoriæ cuidam vaſorum ſpermaticorum affectioni cum tenſione ſuperueniens. Sic quidem Paulus definiuit, diſcernens σατυρίασιν ab eo quod πριαπισμὸς dicitur: quæ nec Gal.nec Aetius diſtinxerunt : ſed hic quidem duas priapiſmi differentias conſtituit, vnam, quæ ſolam habeat pudendi tentiginem : alterã verò,cui præter tentiginem dolor etiam inſit , & inflammatio & conuulſio. Hæc autem eſt quam σατυρίασιν Paulus appellat : cuique alia omnia ſymptomata tribuit quæ & tali priapiſmo Aetius aſſignat : reſolutionem, conuul-

E ſionem , ventris inflationem , frigidos ſudores , & ab his ſubitum interitum. Vterque etiam non viris modò ſed & mulieribus σατυρίασιν accidere prodidit:quod rectè de priapiſmo dici non poteſt : quoniam tentigine mulierem laborare, ridiculum ſit dicere. Hæc Gorr. inter alia. Additque ex Aretæo, Galeno & Aetio, σατυρίασιν dictum fuiſſe à quibuſdam & eum morbum qui elephantiaſis appellatur, propter vultus ſimilitudinẽ,ſummámque libidinem. Illud porrò Σατυρισμὸς eſt etiam tumor aliquantum prominens, ſiue augmen

F tũ adenum poſt aures. v.l.ex Galeno, σατυρισμοὶ, οἱ περὶ τὰ ὦτα περιμήκεις ὄγκοι τῶν ἀδένων. ἔνιοι δὲ τὰς τῶν αἰδοίων ἐντάσεις ἤκουσαν. Eſt & Σατυρίας morbi nomen, qui faciẽ hominis adeò mutat vt iam non homo ſed ſatyrus videatur,inquit Bud.ex Ariſtot. De generat. anim.lib.4, pag.340. Affertur & σατυριστὴς χορὸς in v.l. pro Satyrico choro. Ibidem & Σατυρεία, ας, ἡ, Eſculenti genus ex herba. Ibidẽ Σατύριον, herba apud Dioſcor.ad venerem incitans : quam cynoſorchin quoque vocitant. Item nomen animalis amphibii, apud Ariſtot.

G ſicut & σαθέριον. At verò Σατυριακὴ nomen eſt cuiuſdam antidoti:quæ deſcribitur à Paulo lib.7,cap.11.

Σαυκὸς, Aridus,Syracuſ. In vulg.lex.annotatur,Heſychiũ pro eo habere σαυκρόν:ſed falſó.nam vt σαυκὸν exponit ξηρόν:ita Σαυκρὸν ei eſt Tenerum,Molle:eodémque modo Σαυκρόποδες exponit ἁβρόποδες. Sed alia quoque ſignificata aſſignat nomini Σαυκρὸν , quæ apud eũ vide.

Σαυκρὸς vide in Σαυκός.

Σαυλοπρωκτιᾶν, τὸ σαλεύειν τὸν πρωκτόν: vide in Σαλάκων.

Σαυλὸς,Delicatus,Mollis,&c.vide Heſych. Hinc verbũ

H Σαυλοῦσθαι,Deliciari,&c. Apud Eurip. in Cyclope quidam interpr.Tripudiare.

Σαυνίον,Iaculum barbaricum,Heſych.In v.l. σαυνία, Miſſiles lapides.

Σαυνὸς,Mollis,Tener.

Σαῦρα,ας,ἡ,(vel Σαύρα,vt alii ſcribũt) & Σαῦρος, Lacerta,

Lacertus. Theocr. idyllio 2, Σαύραν τοι πεί φασα, ποτὸν κακὸν ὔμμιν οἰσῶ. Idem idyllio 7, Ἁνίκα δὴ καὶ σαῦρος ἐφ' αἱμασιαῖσι καθεύδει. Vtrobique autẽ schol. ait esse quæ κοινῶς dicitur χλωροσαύρα. Vide Σαλαμάνδρα. Interdũ verò Σαύρα vel Σαῦρος potius nomen est piscis, quem Gaza vertit itidem Lacertum apud Aristot. Mentio eius fit ab Æliano quoque & Athen. lib. 7. Hinc Σαυροειδὴς, Lacertæ figuram habens, seu formam, Lacertæ similis. A

Σαυρία, Corruptio segetum. Item Iaculum, Venabulũ, vt ann. v.l. remittentia ad Theocr. in Pharmac. Additúrq; Σαυριάζω pro Destruo segetes, item Iaculor, Ferio. B

Σαυρίδιον, Nasturtiũ. Sic dicitur ab Hippocrate herba cui nomen est καρδαμίς: vt testantur Erotianus & Galenus.

Σαυρίτης vide in Σαύρα. Σαῦρος vide in Σαύρα.

Σαυρωτὴρ, ῆρος, ὁ, Cuspis in imo ferro hastæ transuersa, qua hasta appenditur. Ita Bud. interpretatur. In vulg. lex. dicitur esse Cuspis hastæ posterior, (vt prior ἐπιδορατὶς dicitur) Ferramentum concauum, mucronatum, cui inseritur extrema hastæ pars. Ab Hesychio exponitur, τὸ ἔσχατον σιδήριον τοῦ δόρατος. Hom. Il. 1, — ἔγχεα δέ σφιν Ὀρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο. vbi ab Eustathio σαυρωτὴρ dicitur esse σιδήρεον κοῖλον, ἐξ ἄκρου ὀξὺ, ᾧ ἐντιθέμενον τὸ ὀπίσω ἄκρον τοῦ δόρατος, ὀρθὸν αὐτὸ ἑστάναι ποιεῖ πηγνύμενον κατὰ γῆς: sed adiungit, κατὰ σκόλοπα, ἤγουν σταυρόν. vt σαυρωτὴρ dictum sit quasi σταυρωτήρ. Veteres autem breuius scribere de huius vocabuli significatione ait: à quibus σαυρωτὴρ esse dicitur τὸ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἄκρῳ τοῦ δόρατος ἔσχατον ὀπίσθιον σιδήρεον. Ab Homero dicitur & οὐρίαχος. Legimus apud Herodotum de quibusdam qui ἐπὶ τοῖς δόρασι loco σαυρωτήρων haberent ῥοιὰς χρυσέας. Vsum porrò σαυρωτήρων præcipuũ ex hoc Polybii loco cognoscere possumus, καὶ ὅτι αὐτῶν σαυρωτήρων τὰ δόρατα κατασκευάζονται, μιᾷ τῇ διὰ τῆς ἐπιδορατίδος ἐχόντων πληγῇ, εἶτα κλασθέντων, λοιπὸν ἦν αὐτοῖς ἄπρακτα καὶ μάταια. C D

Σαυσαρισμὸς, οῦ, ὁ, Aridæ linguæ & hærentis affectio, Linguæ hæsitatio, Bud. ex Gaza apud Aristot. Probl. sect. 27: vbi de excandescentibus loquens, scribit, ἐπεὶ τὸ γε ξηρὸν πτύειν καὶ ὁ σαυσαρισμὸς καὶ τὰ τοιαῦτα γίνεται διὰ τὴν ἀναφορὰν τοῦ πνεύματος ἅμα καὶ θερμοῦ.

Σαυτοῦ, Σαυτῷ, Σαυτὸν vide in Σεαυτοῦ.

Σάφα, t. 3, c. 747, c. Σαφέστατα, aduerb. ib. d

Σαφέστερον, aduerb. ib. Σαφέω, ib. E

Σαφήνεια, ib. g. Σαφηνέως, ib.

Σαφηνὴς, ib. Σαφηνίζω, t. 3, c. 748, a

Σαφηνιστικὸς, ib. Σαφηνῶς, t. 3, c. 747, g

Σαφὴς, ib. a. Σαφήτωρ, ib. f

Σαφωῖζω, t. 3, c. 1224, h. Σαφῶς, t. 3, c. 747, d

Σάω, t. 3, c. 1224, h. & 1225, a. Σαῶ, t. 3, c. 1225, a

Σαώζω, t. 3, c. 1224, g. Σαώτερος, ib. d

Σαωτὴρ, t. 3, c. 1225, a

Σαωτηρία, idem quod σωτηρία, Salus. Hesych.

¶Σβέννυμι, t. 3, c. 748, a. Σβεννύω, ib. F

Σβέσις, ib. c. Σβεστὴρ, ib. d

Σβεστήριος, ib. Σβεστικὸς, ib.

¶Σὲ, t. 3, c. 1122, d

Σεαυτοῦ, Tuiipsius: σεαυτῷ, Tibi ipsi: σεαυτὸν, Teipsum. Dicitur pro iisdem, σαυτοῦ, σαυτῷ, σαυτόν. Talis autem est huius pronominis reciproci vsus in secũda persona, qualis ἐμαυτοῦ in prima. Σεβάζομαι, t. 3, c. 750, b

Σεβάζω idem quod σεβάζομαι: sed minus vsitatum.

Σέβας, t. 3, c. 749, g. Σέβασις, t. 3, c. 750, c

Σέβασμα, ib. d. Σεβασμιάζω, ib. g G

Σεβάσμιον, τὸ, subst. ib. Σεβάσμιος, ib. e

Σεβασμιότης, ib. Σεβασμὸς, ib. c

Σεβαστὴ, t. 3, c. 751, a. Σεβαστὸς, t. 3, c. 750, g

Σεβένιον, Id corticosum quod in summa palmula enascitur: vt v.l. exponũt ex Hesychio. Addúntque, hac voce vsum esse Archigenem apud Galenum κατὰ τόπους, lib. 2. Dici autem & ἐλάτην, necnon σπάθην, in palma, id est περικάλυμμα, fructus palmæ florẽtis adhuc inuolucrũ, atque ἀμφίεσμα, Galeno, De simpl. lib. 8, necnon Diosc.

Σεβίζω, Veneror. Idem quod σεβάζω. H

Σέβομαι pro Σέβω, t. 3, c. 749, b. Σέβομαι, passiuè, ib. f.

Σέβω, t. 3, c. 749, b

Σέες, Tui: à σεῖς, nominat. inusitato. v.l.

Σέθεν, t. 3, c. 1121, f

Σειδὸς, Patella in qua frigitur aliquid, Sartago: φρυγὶς siue φρύγετρον. Dicitur & Σείσων. v.l. ex Polluce.

Σειλινὸς, t. 1, c. 1921, g. Σειλινὸς, ib. h

Σείω, t. 3, c. 1121, f. Σείομαι, Quatior. vide Σείω.

Σείρ, σειρὸς, Sol, teste Suida. Σειρὰ, t. 3, c. 754, a

Σειράδιον, t. 3, c. 755, c. Σειραῖος, t. 3, c. 754, h

Σειραῖος οἶνος, t. 3, c. 755, a. Σειρὰς, ib.

Σειραφόρος, t. 3, c. 754, d

Σειρέω & Σειρόω vide in Σείριος.

Σειρὴν, ῆνος, ἡ, Siren. vnde adiectiuũ Σειρηναῖος: vt σειρηναῖον μέλος, Sirenum cantus. Σειρὴν est etiam insectum api non dissimile: de quo Aristot. & Plin. De hoc est versus prouerbialis apud Hesychium, Σειρὴν μὲν φίλον ἀγγέλλει, ξένον δὲ μέλισσα. vide Erasmum.

Σειρηφόρος, t. 3, c. 754, d. Σειρίασις vide in Σείριος.

Σειριάω vide in Σείριος. Σείριον vide in Σείριος.

Σείριος, ου, ὁ, Sirius, Stella quæ à Latinis canicula dicitur: Græcè & κύων & προκύων. Annotatúrq; ex Proclo, hãc stellam eodem quo totum signum nomine, canẽ vocari. Quidã tamen hoc nomen illi cõmunicare nolunt, quoniam ὑπὸ τὸ γένειον τοῦ κυνὸς κεῖσθαι tradunt, ex Arato. Ab Hesiodo in Erg. vocatur σείριος ἀστήρ: & aliis in locis eiusdem poematis σείριος, sine adiectione, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα σείριος ἄζει. Item, ὁπότε χρόα σείριος ἄζει. Accipitur & pro sole, vt quidam gramm. tradũt: atque adeò in his Hesiodi locis ita quidam accipiunt. Esse autẽ putatur σείριος à verbo Σείρω, vel Σειρόω, vel Σειραίνω. Vnumquodque enim horum trium significare traditur Desicco, Arefacio. Alii dicunt vocari σείριον quòd canes σεσηρέναι cogat, id est esse ore hiãti. Intellige autem, præ vehementissima siti. Astra quoque omnia dicta sunt σείρια ab Ibyco, teste Suida. Habet Etymol. & nominatiuum σείριον. Existimatúrque hæc appellatio esse à verbo σειριᾶν, significãte λάμπειν, ἀστράπτειν. Alioqui verbũ Σειριάω, ῶ, dicitur potius de iis qui laborant morbo quem σειρίασιν medici appellant: significantes inflãmationẽ cerebri & membranarum: quam cõsequuntur sincipitis & oculorum cauitas, febris ardens, pallor, totius corporis siccitas & inappetentia: inquit Gorr. Σειρίασις in v.l. esse traditur capitis inflammatio ex vehementi solis ardore atque æstu: qua præcipuè infestantur pueri. quod & καῦμα ab Aphrodiseo vocari. Pliniũ appellare ardores capitis: & lib. 32, cap. 10, siriases infantium: lib. 22, cap. 21, infantium distillationes: lib. 30, cap. 10, adustiones infantium: & lib. 22, cap. 2, infantium vstulationes. Plautum verò siriasin appellasse solstitialem morbum in Trinummo. Sic igitur & Σειριάω, ῶ, Illa capitis inflammatione laboro quæ siriasis appellatur. Alexand. Aphrod. Probl. 98, lib. 1, σειριᾶν dicit infantes: quos à vulgo dici καῦμα ἔχειν, id est correptos esse æstu. Quanuis autem σειριῶ postponam nomini σειρίασις, hoc tamen verbalis locum obtinere sciendum est. Dicũtur porrò σειριᾶν & equi, vel σειριᾶν τοὺς πόδας, in Hippiatria, (sicut σειρὰ in illis dicitur esse ῥεῦμα εἰς τοὺς πόδας) idque esse quod Latini suffraginem appellarint. Ideóque σειριᾶν redditur Suffraginis vel suffraginum vitio laborare, Suffraginosum esse. Verùm in illa altera significatione inuenitur scriptum Σιριᾶν, & Σιρίασις, cum ι in prima quoque: idque tanquam à nomine σιρὸς: significante scrobem seu foueam in qua condita frumenta asseruantur. vt videlicet huic morbo nomẽ à sincipitis cauitate sit inditum. Sequitur autem hanc à σιρὸς deriuationẽ & Aetius. Scriptura verò hæc σιριᾶν, cum ι in prima, extat & apud Dioscoridem, vbi σειριῶσι παιδίοις Ruell. interpr. Infantium distillationibus quas siriases vocant: Marcellus, Capitis ardoribus in infantia.

Σείριος οἶνος, t. 3, c. 755, b. Σειρὶς, ib.

Σειρομάστης, t. 3, c. 754, e. Σειροφόρος, t. 3, c. 755, a

Σείρωμα, Opobalsami fæx atque sedimentũ. v.l. ex Aetio.

Σεισάγραιος, t. 3, c. 755, b. Σεισάχθεια, t. 1, c. 616, b

Σεῖσις, t. 3, c. 755, g

Σεισίχθων, t. 1, c. 1205, g. & t. 4, c. 519, d

Σεῖσμα, t. 3, c. 755, f. Σεισματίας, ib.

Σεισμὸς, ib. Σεισοπυγὶς, t. 2, c. 1541, c

Σεισοῦρα, ib. Σειστὸς, t. 3, c. 755, h

A Σεῖσρον,t.3,c.756,a. Σείσων vide in Σειδζ.
Σείω,t.3,c.755,c. Σελαγέω,t.1,c.1182,h
Σελαγίζω,t.1,c.1183,a. Σελαία,ib.e
Σελαναία,ib. Σελαναία,ib.
Σέλας,t.1,c.1182,f. Σελασφόρος,ib.g
Σελάχιον,t.1,c.1183,a. Σελαχοειδῆ,ib.d
Σέλαχος,ib.a. Σελαχώδη,ib.d
Σελάω,t.1,c.1182,h. Σέλγη vide in Ἀσελγής.

Σελευκὶς,ίδος,ἡ, Poculi genus à Seleuco rege nomen habens. Cognominatæ ſunt & quædam triremes σελευκίδες. Vide Bayf. Σελευκὶς eſt etiã auis locuſtis veſcẽs: B cuius meminit Oppian.in Ixeuticis,Plin.lib.10,cap.27. Baſil. quoque in Ethicis huius ita meminit, auarum compellans, τὴν σελευκίδα τὸ ὄρνεον ἐπ᾽ εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἀκόρεστον εἶναι ὁ κτίσης τῶν ὅλων ἐμηχανήσατο· σὺ δὲ ἐπὶ βλάβῃ τῶν πολλῶν ἀκόρεστον σεαυτοῦ τὴν ψυχὴν κατεσκεύασας. Dictum fuit σελευκὶς & quoddam calceamentum muliebre, teſte Heſ.

Σελῆναι,αἱ,t.1,c.1183,d.& t.3,c.230,a.obiter.
Σεληναία,t.1,c.1183,e. Σεληναίη,ib.
Σελήνη,ib.d. Σεληνιάζεσθαι,t.1,c.1184,b
C Σεληνιακός,ib. Σεληνίδιον,ib.c
Σελήνιον,ib.d. Σεληνὶς,ib.c
Σεληνῖται,ib. Σεληνίτης,ib.
Σεληνόβλητος,t.1,c.1183,f Σέλιγνις vide in Σεμίδαλις.
Σελίδιον vide in Σελίς. Σελίδωμα vide in Σελίς.
Σελινίτης & Σελινῖτις vide in Σέλινον.

Σέλινον,ου,τὸ, Apium. Quidam ita dictum tradunt παρὰ τὸ ἐν ἕλει φύεσθαι, ſeu φύειν.(pro quo φύειν magno errore σεύειν ſcriptum eſt in vulg. lex. Alioqui ſcribendum potius fuiſſet ἐξ ἕλους σεύεσθαι, vt apud Etymologum) D vnde Homerus ἐλεόθρεπτον σέλινον vocauit, in paluſtri loco proueniens. Ab hoc ſunt prouerbia quædam quæ apud Eraſmum vide:& potiſſimùm hæc duo, Apio eſt opus: & Ne inter apia quidẽ ſunt. Σέλινον eſſe noſtrũ vulgare petroſelinum, Gorr. putat, noſtrúmque apium vulgare eſſe Dioſcoridis & Galeni ἐλεοσέλινον: quod paludapium nominatur. Hinc Σελινίτης οἶνος, Selinites vinum, id eſt ex apio cõpoſitum: cuius deſcriptio extat apud Dioſc.necnon apud Conſtantin.Cæſ.Geopon.lib. 8,cap.29. Σέλινον ἄγριον, Apium agreſte, Herba quæ & βατράχιον, id eſt ranunculus.v.l.ex Dioſcor. A σέλινον E eſt etiam Σελινοειδὴς,έος,ὁ & ἡ, Apii figurã habens, Apio ſimilis. Hoc autem nomine vocatur ſpecies braſſicæ, quæ & Σελινουσία dicitur: vt Gorr. annotat. Σελινῖτις autem appellatus fuit ὁ χαμαίκισσος à quibuſdam, vt idẽ tradit ex Dioſcoride. ‖ Σέλινον dictum fuit & pudendum muliebre.Heſ.

Σελινοειδὴς vide in Σέλινον. Σελινουσία vide in Σέλινον.

Σελὶς,ίδος,ἡ, Spatium inter lineas, vt ann. v.l.ex Suida. Sed pro pagina ponitur: itidémque Σελίδιον forma diminutiua pro pagella, apud Polyb.lib.5, teſte Bud. Ab eodẽ F affertur ex Heſychio, σελίδας eſſe τὰ μεταξὺ διαφράγματα τῶν διαστημάτων τῆς νεὼς, ſicut in libris σελίδες dicuntur τὰ μεταξὺ τῶν παραγραφῶν. Affert etiã hũc pẽt.ex Plut.in Homero, Διοσσὰς ἡμιθέων γραψάμενος σελίδας: vbi pro libris accipi exiſtimat. De altera autem ſignificatione (qua dicitur eſſe ſpatiũ inter tabulata nauis, alio nomine σέλμα) lege & Euſtathium. At Σελίδωμα quod v.l.exponunt, Tabula lata, formam verbalis habet à σελιδόω: cuius tamen nullum exemplum affertur.

G Σελλίζειν, Diuitias ſimulare in paupertate,(vt ſit idẽ cum σπλακωνίζειν) à Sello quodam, qui quum pauper eſſet, diues haberi ſtudebat. Exponitur σελλίζειν & generalius verbo ἀλαζονεύεσθαι. Necnõ σελλὸς dici putatur generaliter ὁ ἀλαζὼν, qui & σπλάκων. Vide Suidam, & ſcholiaſtẽ Ariſtoph.necnon Heſych. qui habet & σελλίζεσθαι quod exponit etiam ψελλίζεσθαι.

Σελλὸς vide in Σελλίζειν.
Σέλλω, Cum impetu feror, Ruo. ὁρμῶ, Euſtath.
H Σέλμα vide in Σελίς.

Σελμαπαῖοι ποταμοὶ, Lutulenti fluuii, Gaza ex Ariſtot. De gener.anim.lib.2. Ita vulg.lex. ſed ego non dubito quin pro σελμαπαῖοι reponendum ſit πελμαπαῖοι.

Σελμὶς,ίδος,ἡ, Funiculus piſcatorius. Vide Heſych.

Σεμίδαλις, Simila, Similago. Eſt farina ex tritico cõmuni facta: ex qua confectus panis, σεμιδαλίτης dictus eſt, cui ſecũdum inter panes bonitatis locum aſſignat Gal. De alim.lib.1. Primũ enim tribuit τῷ σιλιγνίτῃ, hoc eſt ſiligineo: vt qui ex puriſſimi optimíq; tritici farina, quæ σίλιγνις dicitur, cõficiatur. Ex quo apparet quid diſcriminis ſit inter ſimilaginẽ & ſiliginem. Hoc enim nomine optimũ triticum vel eius farinã, illo autẽ, paulò deterius & cõmune veteres deſignabant: in quo quod puriſſimũ eſt, pollen dicebatur: vt flos in ſiligine: quẽadmodũ annotauit Plin.lib.18,cap.10. Hæc Gorr. In v.l. B autẽ malè σεμίδαλις exponitur Siligo, deinde Simila & Similago, quum Siligo ſit σίλιγνις, vt modò dictum fuit. ex qua confectus panis dicitur σιλιγνίτης à Paulo Ægineta, lib.1. Inuenitur & σέλιγνις, itidémque σελιγνίτης, ſed altera ſcriptura melior eſt.

Σεμνεῖον,t.3,c.753,c. Σεμνηγορέω,t.3,c.752,g
Σεμνηγορία, ib. Σεμνηγόρος,ib.f
Σεμνόθεοι,οἱ,t.1,c.1533,b.& t.3.c.751,h
Σεμνολογέομαι,t.2,c.639,c. Σεμνολογέω,t.3,c.752,b
Σεμνολόγημα,t.2,c.639,d.& t.3,c.752,c
C Σεμνολογία,t.2,c.639,b. & t.3,c.752,a
Σεμνολόγος,ib. Σεμνόμαντις,t.3,c.752,c
Σεμνομυθέω,ib. Σεμνοπαράσιτοι,οἱ,t.3,c.793,g
Σεμνοποιέω,t.3,c.752,d.
Σεμνοπρέπεια,t.3,c.540,f.& 752,e
Σεμνοπρεπὴς,ib. Σεμνοπρεπῶς,t.3,c.752,e
Σεμνοπροσωπέω,t.2,c.1404,c. & t.3,c.752,f
Σεμνοπροσωπία,ib. Σεμνοπρόσωπος,ib.
Σεμνὸς, Venerabilis,&c. t.3,c.751,c. Σεμνὸς, Grauis, &c. ibidem f Σεμνότης,t.3,c.753,a
Σεμνόω,ib.d. Σεμνύνομαι,ib.e. Σεμνύνω,ib.
D Σέμνωμα,ib.d. Σεμνῶς,t.3,c.752,h
Σέο,t.3,c.1121,e. Σέοθεν,t.3,c.1121,f

Σεοὶ, Dii, Doricè. Sic Σεὼ affertur pro Geminis, Caſtore & Polluce. Sed rectius Σιοὶ & Σιὼ ſcribitur. Vide Σίβυλλα.

Σεπτεύω,t.3,c.751,c. Σεπτήριος,ib.
Σεπτικός, ib.b. Σεπτὸς,ib.

Σεραπιὰς,άδος,ἡ, Herba quam & ὄρχιν & τεῖορχιν appellari ſcribit Paulus, lib.4, c.25. Aetius verò lib.15, in deſcriptione emplaſtri διὰ σεραπιάδος, duo nomina ſimul cõiunxit, σεραπιάδα τεῖορχιν appellans. Gorr. Quidã porrò E codices σαραπιάδα habẽt, cũ α in prima quoq; ſyllaba.

Σέρις, εως,ἡ, Intybi genus, ſiue cichorii. Columella lib.8, cap.14, docet anſeribus ſerendũ eſſe genus intybi quod Græci σέριν appellant. Lege Dioſcor. qui & accuſ. σέριδα habet.

Σερίφιον, vel Σέριφον, Abſinthium marinũ, quod eſt ſecunda abſinthii ſpecies. Vide Dioſcor.

Σέριφος γραῦς, Anus quæ in virginitate conſenuit. Metaphora ſumpta eſt à ſylueſtri locuſta, quam vocant γραῦν σερίφην & μάντιν. Suid.

F Σέρφος, Inſecti genus formicæ ſimile, Culex, ſecundum quoſdam. Ab hoc animalculo eſt prouerbium, ἔνι κἀν μύρμηκι κἀν σέρφῳ χολή. de quo Eraſmum lege.

Σεσαρὼς vide in Σαίρω.

Σέσελι,εως,τὸ,& Σέσελις,ἡ, Herba eſt cuius multæ pro natali ſolo differentiæ ſtatuuntur. Σέσελι Μασσαλιωτικὸν, Seſeli Maſſiliẽſe, folio fœniculi, vmbella anethi. Eſt & Æthiopicum, necnon Peloponneſiacum, & Creticum. Lege Dioſc. Dixit σέσελιν fœm.genere Ariſtoteles, Hiſt.lib.9. cap.5, καὶ ἐπὶ τὴν σέσελιν δὲ τρέχουσι, καὶ φαγοῦσαι, οὕτως ἔρχονται πρὸς τὰ τέκνα πάλιν.

G Σεσηρὸς τὸ, à σαίρω, Rictus, Minax oris habitus, vt eſt canis ringentis. v.l.ex Gal. Σεσημασμένος,t.3,c.771,b
Σεσησμένος,t.3,c.760,h. Σεσιδηρωμένος,t.3,c.783,a

Σεσοφισμένος, Commentitius. Item Callidus, Verſutus, in v.l. abſque exemplo. At pro Edoctus, Peritus, legitur apud Heſiodum, ναυτιλίης σεσοφισμένος. Vide Σοφίζομαι.

Σεσοφισμένως,t.3,c.903,e. Σέσρα,t.3,c.1191,c.
Σεσωφρονισμένα,t.4,c.204,b. Σεσωφρονισμένος,ib.h
H Σεῦ,t.3,c.1121,f. Σευάμενον,t.3,c.759, b
Σεύομαι,ib.a. Σεύω,ib.
Σέω,t.3,c.758,e. Σεὼ vide in Σεοὶ, ſuprá.

Σεωυτῷ pro σεαυτῷ, & σεωυτὸν pro σεαυτὸν, Ionicé. Alii ſcribunt σεωΰτῳ & σεωΰτον, quadriſyllabé.

¶ Σήγισρον, Stragulum. v.l. Σήθω,t.3,c.760,g

Σηκάζω,t.3,c.763,e. Σηκανόρος,ib.b
Σηκηκόρος,ib. Σηκίζω,ib.e
Σηκίλλαι,ib. Σηκίς,ib.d
Σηκίτης,ib.c. Σηκοκόρος,ib.a
Σηκολόαι,οἱ,ib.b. Σηκός,t.3,c.761,e
Σηκόω,t.3,c.763,f. Σηκύλη,ib.d
Σήκωμα,ib.f. Σηκωτήρ,ib.g

Σήλια, Parua dolia. Item Vasa in quibus fit panis, teste Hesychio. In vulg.lex.est etiam Σηλία quod dicunt poni pro τηλία.

Σῆμα,t.3,c.764,d. Σημάδιον,t.3,c.767,b
Σημαία,ib.c. Σημαιοφόρος,ib.f
Σημαίνομαι,t.3,c.771,c. Σημαίνω,t.3,c.770,b
Σημαιοφόρος,t.3,c.767,f. Σημαλέος,ib.b
Σημαντήρ,t.3,c.771,d. Σημαντικός,ib.g
Σημαντικώτατα,ib. Σημαντεὶς γῆ,ib.e
Σήμαντρον,ib. Σημάντωρ,ib.
Σημασία,ib.d. Σηματίζομαι,t.3,c.767,c
Σημάτιον,ib.b. Σημειογραφέω,t.3,c.769,b
Σημειογράφος,ibidem.

Σημεῖον, Nota, &c. t.3,c.767,g. Σημεῖον, Vexillum, &c. c.768,d. Σημεῖον, Ostentũ, &c.ib.e. Σημεῖον, Punctũ, &c.ib.h. Σημεῖον, Sigillum, &c.c.769,a C

Σημειοῦμαι,t.3,c.769,d. Σημειόω,ib.
Σημειοφόρος,ib.b. Σημειώδης,ib.
Σημείωσις,ib.f. Σημειωτικός,ib.
Σήμερον,t.1,c.1464,c.

Σημήϊον poeticè idem quod σημεῖον.

Σημικίνθιον vide in Σιμικίνθιον.

Σηπεδουρος,t.2,c.1541,c. Σηπεδονώδης,t.3,c.776,g
Σηπεδών,ib.e. Σηπηδών,ib.h D

Σηπία,ας,ἡ, Sepia. Dicitur etiam Σηπιάς: cuius genitiuus σηπιάδος extat apud Nic. in Alexiph. Diminutiuum Σηπίδιον,ου,τὸ, Sepiola, ex Aristot. Anim.lib.5.

Σηποποιός,t.3,c.776,a. Σηπτικός,ib.
Σηπτός,ib. Σήπω,t.3,c.775,b

Σήραγξ,αγγος,ἡ: & frequentius in plurali σήραγγες,αἱ, Rimæ terræ & fissuræ: γῆς χάσματα, à verbo σεσηρέναι. Vide Eustathium. In v.l. σήραγξ redditur etiam non solùm Hiatus terræ, & Locus altus ac præruptus, sed etiã Antrum, Specus. Affertur insuper σήραγγες ex Aristot. De anim.l.5 pro Rimæ, Cauernæ, & Fauces, Gaza interpr. Ex Dioscoride autem, lib.4,cap.167, σήραγγας ἔχων λεπτάς, pro Fistulas habens tenues, Ruellio interprete: aut Tenues habens discurrentes venas, vt Marc. vertit. Hinc Σηραγγώδης, Rimosus, Cauernosus. E

Σῆρες,οἱ, Seres, populus: vel Vermiculi qui nent sericum. Nam Pausanias Seres populum à sere vermiculo dictũ censet: Seruius autẽ apud Seres vermiculos esse prodit qui Seres dicantur. Cui assentitur Suidas, & complures alii. At Plinius cum Ammiano Marcellino Seres esse dixit populos syluarum lanificio nobiles. Hæc ex v.l. vbi & hi loci afferũtur: ex Virg.Georg.2, Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres. Ex Claudiano, Stamine quod molli tondẽt de stipite Seres. Seneca, Quæ fila ramis vltimis Seres legunt. Hinc Σηρικός, adiectiuũ: vt σηρικὴ ἐσθής, serica vestis. Luc. De salt. Sic Dion, Τιβέριος ἀπεῖπε ἐσθῆτι σηρικῇ μηδένα ἄνδρα χρῆσθαι. Idem σηρικὸν ὕφασμά dicit: σηρικὸν ὕφασμα, χλιδῆς βαρβάρου ἔργον. Legitur & σηρικὸν νῆμα apud Arrianũ in Periplo maris rubri. Dicitur interdum & σηρικὸν sine adiectione. Sic σηρικὰ apud Strab. lib.15, τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ σηρικά, ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσου. F G

Σής,τὸς,ὁ, Tinea, Vermiculus vestibus præsertim noxius. Theophr. Histor. lib.1, cap.16, de polio, τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τοὺς σῆτας ἐν τοῖς ἱματίοις ἀγαθόν. Vide & locum qui allatus fuit ex Chrys. t.3, c.1345, b. Hinc Σητόκοπος, A tineis pertusus, seu derosus. vt βυβλάρια σητόκοπα, à tineis pertusa. At vulg.lex.in Βυβλάριον, tradunt Lascarin voluisse intelligi papyrum pertusam instar trabeæ quæ tundit glebas segetis & frumentorum. Sed quum summa Lascaris doctrina notissima sit, non bona fide eius interpretationem referri credendũm est. H

Σησάμη, siue Σήσαμον, Sesama vel Sesamum. Frumenti Indici genus. Vide Dioscoridem & Plinium. Hinc Σησαμοειδὲς, herba duorum generum: vna, σησαμοειδὲς μέγα, altera, σησαμοειδὲς μικρὸν appellatur. Vide Dioscor. Σησαμοειδὲς vocatum fuit & semen ellebori nigri, apud Anticyrenses: vt scribit Dioscorides. Verùm Theophrastus ipsum elleborum ab iis sic vocatum fuisse prodidit, quòd sesamæ similitudinem haberet. Gorr. Item Σησαμοειδῆ ὀστᾶ, Ossa sesamis similia, Officula oblonga & plana intra manuum pedúmque articulos posita: sic dicta à sesami seminis similitudine. Σησαμώδης quoque est Sesamo similis. Σησαμίτης ἄρτος, vel Σησαμίτης sine adiectione, Panis ex sesamo factus, apud Athenæũ. Item Σησαμὶς vel Σησαμίτης herba, quæ & σησαμοειδές. Vide Dioscor. Item Σησάμινος adiect. vnde Σησάμινον ἔλαιον, Ex sesamo factum oleum. At substant. Σησάμιον,ου,τὸ, vel Σησαμὶς, Placenta ex sesamo & melle atque oleo. Affertur ex Hippocr. & Athenæo. Dicitur etiam Σησαμοῦς, οῦντος, ὁ, pro illa placenta. At σησαμῆ ab hoc differt, teste schol. Aristophan. in Pace: vbi ait σησαμῆν fuisse quam ipsi vocarent σησαμίδα.

Σῆσιν Ionicè pro σαῖς, Tuis. vt σῇσιν ἔχε φρεσίν, tua condita mente teneto.

Σῆσις,t.3,c.760,h. Σῆστρον,t.3,c.756,b.& 761,a C
Σητάνειοι πυροί,t.3,c.795,g. Σητάνειος,t.3,c.761,a
Σητάνιος,t.3,c.795,g. Σητανώδης,t.3,c.796,b
Σῆτες & Σᾶτες,t.3,c.795,g
Σῆτες à σὴς vide in Σής.

Σητόβρωτος, A tinea adesus, vel comestus. In epist. Iacobi apostoli, ἱμάτια σητόβρωτα.

Σητόκοπος vide in Σής.

Σητόδοκις, Papilio. Vide Hesych.

Σήψ,t.3,c.775,e. Σῆψις,ib.d
D ¶Σθεναρός,t.3,c.779,e. Σθενέβοια,propr.ib.f
Σθένελος,propr.ib.e Σθένιος,propr.ib.
Σθένος,t.3,c.777,e. Σθενόω,t.3,c.779,e
Σθένω,t.3,c.777,d. Σθενώ,propr.t.3,c.779,f
Σθένων,equi nomen,t.1,c.1900,e

Σθητήνιον, Medium pectoris. vulg.lex. Sed perperã hoc scriptum est in v.l.pro στηθύνιον.

¶Σιαγόνια vide Σιαγών.

Σιαγών,όνος,ἡ, Mala, Maxilla. quidam ita dictam putarunt quia σείεται περιαγομένη. Athen. libro 10, ὁπότε κοπιάσειεν τὰς σιαγόνας ἐσθίων. Dicitur & de boue apud eundem, περὶ σιαγόνος βοείας. Item de equo apud Xenophontem. Σιαγόνια itidẽ pro maxillis, ex Deut. capite 18, affertur. E

Σιαλενδρὶς, auis nomen, apud Callimachum.

Σιαλίζω vide in Σίαλον. Σιαλὶς,ibid.
Σιαλόχος vide in Σίαλον.

Σίαλον, ου, τὸ, item Σίελον, & Σίελος, Saliua. Xenoph. καὶ τὸ σίαλον ἐκ τοῦ στόματος ἀποπτύουσι. Mascul. genere etiam Σίαλος apud Athenæum legitur. Hinc Σιαλόχος, q.d. Qui saliuam fundit, nimirum dum quempiam alloquitur: atque adeò qui hunc ipsum saliua respergit, seu saliuam ei inspuit. Vide σιαλόχις apud Hesychium. At in vulg. lex. est perperam σιαλογος per γ. Affertur porrò & Σιαλὶς, ίδος, ἡ, pro saliua. F

Σίαλος,ου,ὁ, Porcus saginatus, & quidem grandis, aut saltem grandiusculus. Homer. Odyss.ξ, ζατρεφέων σιάλων. Alibi autẽ συὸς σιάλοιο ῥάχιν τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ, itidémque σίαλους σιάλους dicit. Item Σίαλος, Axungia, ex Hippocr. libro 4 De victus ratione in morb. acutis. Affertur & Σιαλώδης pro pingui & opimo. Apud Hesychium autem est Σιαλοῦται, quod exponit τρέφεται. At Σιαλῶσαι idem esse ait ποικίλαι: quod significat Variegare. Extat etiam Σιάλωμα apud eundẽ lexicogr. qui ait esse partem ὅπλου quod θυρεὸν vocant. In vulg. lex. esse traditur Circulus scuti: Lascarin autem apud Polybium interpretari Munimen. Locus Polybii est hic, ἔχει δὲ θυρεὸς σιδηροῦν σιάλωμα, δι' οὗ τὰς καταφορὰς τῶν μαχαιρῶν ἀσφαλίζεται. G

Σιβαία & Σίββα, Pera. Hesych.

Σίβδη, Punicum malum, Malum granatum. Hinc Σιβδία idem quod Σιδία. hoc autem vide in Σίδη. H

Σιβλίν,t.3,c.1147,e.

Σίβυλλα,ης,ἡ, Sibylla, Vates, Vaticinatrix. Existimatur autẽ factum hoc nomẽ ex σιὸς significante, Æolum lingua, vel Dorum, (quod verius esse credo, quum Lacones iurarent νὴ τὼ σιώ. at Σεὸς, quod itidem affertur pro θεὸς

mendosum puto) idem quod θεός: & ex nomine βουλὴ, quo significatur cōsiliū: vt sit σιβυλλα quasi σιοῦ βουλή, ab enuntiandis dei seu deorū consiliis. Vide Suidam & Lactātium. Quidam autē volunt primò fuisse hoc cuiusdam mulieris vatis propriū nomen: quod postea cæteris, quæ itidē vates essent, datum fuerit. Hinc Σιβύλλειος adiect. vt σιβύλλειοι βίβλοι, Plut. Fabio, Sibyllini libri. Sed interdū ἐκ τῶν σιβυλλείων sine adiectione dicit. vt in Publicola, ἐκ τῶν σιβυλλείων ἱλασάμενος τὸν ἀδη. Sic in Rom. quæst. πρεσβευτὰς χθέντες ἐκ τῶν σιβυλλείων. Ab eodē nomine est & Σιβυλλισταὶ, quod Bud. apud Plut. interpretatur Fatidicos: exponens etiā χρησμολόγους. Itē verba Σιβυλλαίνειν & Σιβυλλιᾶν, quæ v. l. exp. Vaticinari, Reddere oracula. Item More senum delirare. Affertúrque ex Aristoph. Equitibus, ὁ δ' γέρων σιβυλλιᾷ. Et additur, eum morbū in senibus λῆρον, in pueris μώρωσιν vocari, teste Aetio. Sed σιβυλλιᾶν à σιβυλλαίνειν separādum potius est: quod σιβυλλιᾶν exponitur χρησμῶν ἐρᾶν καὶ ἐπιθυμεῖν, itē μαντικῶς ἔχειν, & χρησμοὺς φαντάζεσθαι.

Σιβυών, t. 3, c. 1147, e. Σιβυώτιον, ib. f

Σῖγα, t. 3, c. 780, f. At σίγα imperat. ex σίγαε contractum, habes col. quæ illam præcedit, in fine.

Σιγάζω, t. 3, c. 780, g. Σιγαλέος, ib. f

Σιγαλφοὶ, οἱ, ib. g. Σιγάω, t. 3, c. 779, f

Σιγέρτης, t. 3, c. 780, g. Σιγή, ib. c

Σιγῆ, aduerb. ib. c. Σιγηλός, ib. d

Σίγηλος, ib. e. Σιγηλῶς, ib. Σιγημονάω, ib. f. Σιγήμων, ib.

Σιγῆν pro Σιγᾶν, t. 3, c. 779, h. Σιγηρός, t. 3, c. 780, d

Σιγηρῶς, ibidem.

Σίγκος vide in Σκίγκος, siue Σκίγγος.

Σίγλαι, Inaures, ἐνώτια, Hesych. (Polluci σίτλαι, sed exemplaris vitio, vt opinor) At verò Σίγλαι in v. l. traditur significare quas vulgò vocamus cifras, notas videlicet compendiarias. Iustinianum enim scribere ita vocari, in Pand. Græcis. Plutarchū in Cat. appellauisse σημεῖα ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα. Artémque ipsam ab Augustino notoriam vel notariam dici, & ab Apuleio quoque. Eorum meminisse Martialem lib. 14. & Tranquillum in Iul. Cæsare, & in Tito. item Senecam epist. 91. necnon Pædianum: insuper Dionē lib. 55. denique & Ciceronem epist. ad Att. 13. Affertur autem & locus ex Constit. Græca, αὐτῆς ζωῆς ἐπικειμένης τῆς ποινῆς καὶ κατὰ τῶν σημείοις ποιεῖν ἐν τῇ γραφῇ χρωμένων, ἅπερ σίγλας καλοῦσιν. Sed hîc scribunt σίγλας, quum suprà σίγλαι scriptum sit, vt modò admonui.

Σίγμα & Σίγματα, t. 2, c. x. d

Σιγματοειδής, t. 2, c. x. e, & t. 3, c. 283, e. obit.

Σιγμοειδής, ibidem. Σιγμός, t. 2, c. x 1. b

Σίγνιος οἶνος, Signinum vinum. v. l. ex Diosc.

Σίγυμνον, ου, τὸ, vel Σίγυνον, Iaculum quod totum est è ferro. Vide Eust.

Σιγυώνης, t. 3, c. 1147, g. Σίγυνος, ib.

Σιδάρεος, t. 3, c. 783, b. Σιδαρόδετος, ib.

Σιδαρόφορος, ib. Σίδαρος, ib. a

Σίδη, Punica malus. vt σίδης καρπὸν legimus apud Nic. Alexiph. Sed & ipsum malum Punicum vocatur σίδη ab Hippocrate. vt in lib. 1, De morb. mul. ῥοφέειν δὲ σίδης οἰνώδεος τὸν χυλόν. Et De nat. mul. σίδας οἰνώδεας ἐκχυλώσας. paulo pòst autem dicit ῥοιὴν γλυκεῖαν. Hinc Σιδόεις. vt σιδόεν καρπίον apud Nic. pro σίδης καρπός: in Alexiph. Ἠ καί που σιδόεντος ἀποβρέξαιο κάλυμμα Καρπίου. de cortice seu putamine mali Punici: qui cortex dicitur & malicorium. Vocatur etiam Σίδιον à Græcis.

Σίδη traditur præterea esse nomē vrbis Pamphyliæ, necnō Bœotiæ. Lege Ptol. Strab. Steph. & de Sida Bœotiæ lege historiam quam refert Athen. lib. 14.

Σιδήρειον, t. 3, c. 781, h. Σιδήρειος, ib. c

Σιδήρεος, ib. a. Σιδηρέω, ib. h

Σιδηρεύω, ib. g. Σιδηρέα f. πέτρη, ib. c

Σιδηρικός, ib. Σιδήριον, ib. f

Σιδηρείτης, ib. c. Σιδηρίτις, ib.

Σιδηροβόλος, t. 1, c. 669, a. Σιδηροβελής, t. 3, c. 781, d

Σιδηροβρώς, t. 3, c. 781, e. Σιδηροδάκτυλος, t. 1, c. 931, e

Σιδηρόδεσμος, t. 1, c. 963, a. & t. 3, c. 781, e

Σιδηρόδετος, t. 3, c. 781, e

Σιδηροκμής, t. 2, c. 49, e. & t. 3, c. 781, f

Σιδήρον, τὸ, t. 3, c. 781, d. Σιδηροποίκιλος, ib. f.

Σίδηρος, ib. b. Σιδηρότευκτος, ib. f

Σιδηροτέκτων, ib. Σιδηροτομέω, ib.

Σιδηρουργία, t. 3, c. 782, a. Σιδηρουργός, ib.

Σιδηροῦς, ib. Σιδηροφορέω, t. 3, c. 781, g

Σιδηροφόρος, ib. Σιδηροφυής, ib. h

Σιδηρόφρων, ib. Σιδηρόω, t. 3, c. 783, a

Σιδιοειδής vide in Σίδιον.

Σίδιον, ου, τὸ, Cortex seu putamen mali punici, vt dictū fuit in Σίδη. Lat. Malicorium. Aristophan. κἀκ τῶν σιδίων βαπτράχους ἐποίει. Ex Dioscoride σίδιον ῥοιᾶς necnon λέπισμα ῥοιᾶς pro eodem afferuntur, ex lib. 1, cap. 184. & libro 1, cap. 11. Hinc Σιδιοειδής, έος, ὁ & ἡ, Qui est colore malicorii, Qui colorem malicorii repræsentat. Ad pallorem autem refertur. Sic Gal. apud Hippocr. σιδιοειδέες exp. ὠχρὰς ὡς σίδιον. Affertur & σιδόεις pro puniceo, in v. l. ἀμάρτυρως.

Σιελίζειν & Σιελισμός vide in Σίελος.

Σίελος, sicut & σίαλος suprà, Saliua. Dicitur etiam Σίελον. Hinc Σιελίζειν, Plinio Saliuare, seu Saliuam aut saliuarium lentorem emittere. Ita v. l. quæ & πτυαλίζειν hac de re afferunt ex Tralliano. item, οὐ παύονται σιελίζοντες καὶ ἀποπτύοντες, ex eodē. Vnde Σιελισμός, οῦ, ὁ, Symptoma, quum saliua plus æquo in os influit: apud Gal. lib. 8 τῶν κατὰ τόπους, cap. 4: item apud Ægin. lib. 3, cap. 37. Ab hoc nomine σίελος dicta sunt & Σιελιστήρια equorū, id est fræna seu fræni: quia saliuam & spumam equis excitant, dum ipsa mandunt: vnde spumantia fræna apud Maronem. Ita vulg. lex. in quibus addūtur ex Geopon. libro, hæc Apsyrti, de pullo equino, τὸν χαλινὸν πρὸς τῇ φάτνῃ κρεμαστέον, ἵνα ψαύων συνεθίζηται, καὶ μὴ ὑλαβῆται τὸν ἀπὸ τῶν σιελιστηρίων ψόφον, ne frænorum sonantiū strepitum reformidet. quod præceptum est apud Virgil. Georg. 3, — & stabulo frænos audire sonantes. Huius rei meminit & Varro lib. 2, cap. 7.

Σίζω, t. 2, c. x, h

Σικύα, t. 3, c. 783, f. & 1130, b Σικύα, 784, a.

Σικύδιον, t. 3, c. 783, f. Σικυηδόν, ib. e

Σικυήλατον, ib. Σίκυον, ib.

Σικυοπέπων, ib. d. Σίκυος, ib. b

Σικυός, ib. Σίκυς, ib. d

Σικυώδης, ib. e. Σικυών, propr. t. 3, c. 784, c

Σικυώνη, ib. a. Σικυωνία, ib. b

Σικυωνία, propr, ib. Σικυωνιακός, ib. d

Σικυωνικός, ib. Σικυώνιος, ib. b

Σικχάζομαι, Irrideor. σικχαζόμενος, ab Hesychio exponitur σκωπτόμενος.

Σικχαίνομαι idem esse traditur, sed à Phrynicho reiici vt barbarum.

Σικχαντὸν, Molestum, Iniucundum. Sic Σικχασία, Tædiū, Molestia. in v. l. Suidas habet tātùm σικχαντὸν, quod exp. ἀηδές. Sic etiā Σικχὸς ab Hesychio dicitur esse ἀηδής: sed præfigitur alia expositio, videlicet ὁ μικρὸς σῖτος: pro quibus μικρὸς σῖτος reponitur μικρόσιτος. Illa autem expositio per ἀηδὴς, non malè conuenit cum hoc Athenæi loco, lib. 6, δύσκολος, ὁ δυσάρεστος καὶ σικχός. vnde exponitur Morosus. Sed vicissim cū altera illa expositione, si legatur μικρόσιτος, conuenire videntur quæ Suidas de huius vocabuli significatione scribit: dicens esse τὸν ἀνόρεκτον καὶ ἀσθενῆ: & afferens ex Plut. locum in quo σικχοὶ & νοσώδεις copulantur. Sed exponit item σκώπτης. Quin etiam sequitur apud eundem illa explicatio ὁ μικρὸς σῖτος. At verò ἡ Σίκχαις Polluci est calceamēti genus, κρηπῖδι simile: dictum ἐκ τοῦ συνέχειν τὸν πόδα. quum Hesychio Σίκχαι sint κράσπεδα, id est fimbriæ.

Σίλβη, Edulium quoddam delicatum ex hordeo, sesamo & papauere. Hes.

Σιληνός, t. 1, c. 1921, f

Σίλιγνις & Σιλιγνίτης vide in Σεμίδαλις.

Σιλλαίνω, t. 1, c. 1921, a

Σιλλικύπριον, Arbores in quadam Ægypti parte, ex quarū fructu fit vnguentum. Vide Herodotū in Euterpe, pag. 78, meæ editionis: & memineris eius quod à Dioscoride scribitur, scilicet ὑμιῖρον κίκι (quod Herodotus fructum esse ait) vocari à quibusdam σέσελι κύπριον.

Σιλλογραφία, t. 1, c. 1922, d. Σιλλογράφος, ib.

Σιλο[illegible]ι,c.1911,a. Σίλλος,ib.

Σίλουρος,ου,ὁ, Piscis, qui sic dictus putatur quia σείει τὴν οὐρὰν: abiecto videlicet ε. Ab eo est prouerbiū, Silurus putris: quod vide apud Erasm. vide itē Athen.& Ælianū.

Σίλυβον, Spina lata. v.l. ex Diosc.

Σίλφη, Blatta, Bud. ex Diosc. Traditur ab Aristotele esse insecti genus quod senectutem exuit.

Σίλφιον,ου,τὸ, Laserpitium. Frutex est cui radix crassa atque multa, caulis annuus, altitudine & crassitudine quasi ferulæ: folium simile apio, quod ineunte vere prosilit, deciduúmque est: semen latū, foliaceū. Succus duplex, vnus è scapo, alter è radice, vilior ac putrescēs. Pellucidior puriórque à radice manat: omniū succorum præstantissimus: vt qui meruerit simpliciter ὀπὸς appellari κατ' ἐξοχὴν: Latinè laser vocatur. Succus Cyrenaicus dicitur quòd optimus ex oppido Cyrenarum afferretur. Gorr. Legitur Σιλφῶδες φύλλον in v.l. quod exponitur Laserpitii foliū. Sed à Σίλφιον videtur dicendū σιλφιῶδες: & significare Silphii similitudinem habens.

Σίμαι, Citharæ partes summæ. Vide Hesych. At σιμαὶ vide in Σίμβλον.

C Σιμβλεύω, Σιμβληῒς πέτρα, Σιμβλίδες, Σίμβλιον μέλι, vide in Σίμβλον.

Σίμβλον, vel Σίμβλος, vel Σίμβλη, Alueare, Capsa vbi mellificant apes. In v.l. Alueus apum, siue Aluus, ex Varrone. Apoll. Arg.2, — ᾧ ἐνὶ σίμβλῳ βομβηδὸν κλονέονται. Dici putarunt quidā σίμβλον quasi σιμοβολον: videlicet vbi αἱ σιμαὶ τὸν κάματον συμβάλλουσι. esse enim epithetū apum σιμαί. Apud Hesiodum ἐπηρεφέας σίμβλους legimus in Theog. Ab hoc Σίμβλον siue Σίμβλος deducendū esset Σίμβλιον apud Dioscor. vbi σίμβλιον μέλι dicit, lib.2, cap. 104. sed legendum existimatur ὑβλαῖον pro σίμβλιον. Apud Apollonium autē Σιμβληῒς πέτρα, Specus vbi sunt aluearia. At verò Σιμβλίδες affertur pro apibus. item Σιμβλεύω pro Apes alueari bus condo.

Σίμη à Polluce refertur inter σχήματα tragicæ saltationis. v.l. At Σιμὴ fœmin. à σιμός.

Σιμικίνθιον, vel potius Σημικίνθιον, sequendo alios codices, Sudarium, iuxta Suidæ expositionem. dicit enim esse φακιόλιον ἢ σουδάριον. Sed videmus hæc distingui Act. apost. cap.19, v.12, ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια ἢ σιμικίνθια. Ex iis autē exemplaribus antiquis quæ ad Testamēti noui editionē vndique cōquisiuerat pater meus, vnum hæc margini adscripta de vocabulis illis habebat, ἀμφότερα λινοειδῆ εἰσι· πλὴν τὰ μὲν σουδάρια ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιβάλλεται, τὰ δὲ σιμικίνθια ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσι, πρὸς τὸ ἀπομάττεσθαι τὰς ὑγρότητας τοῦ προσώπου οἷον ἱδρῶτα, δάκρυα, πτύελον, καὶ τὰ ὅμοια. Hæc autem sequēdo, non dubiū est quin σουδάριον quidē sit quod nos *Couure chef* appellamus, σιμικίνθιον quod *Mouchoir* dicimus: vt annotauit etiā vltimæ interpretationis Testamēti noui autor. Quod porro nos *Mouchoir*, Itali *Faciolcto* vocāt. quod etiam conuenit cum illo Suidæ vocabulo φακιόλιον. Credibile est tamē veram semicinctii apud Latinos significationem fuisse eam quam idem interpres affert, pro eo quod vulgo dicimus *Vn deuantier*: quòd anteriorem partem corporis à cingulo ad pedes præcingat. Atq; ita melius prima syllaba per η scribetur, vt η sit pro e Latino.

Σινδονίτης vide in Σινδών.

Σινδὼν,όνος,ἡ, Sindon, Amictus ex lino, Linteum tenue. Herodot. lib.2, p.78, meæ edit. οἱ δὲ κώνωπες, ἢν μὲν ἐν ἱματίῳ ἐλιξάμενος εὕδῃ ἢ σινδόνι, διὰ τούτων δάκνουσι, διὰ δὲ τοῦ δικτύου οὐδὲ πειρῶνται ἀρχήν. Apud eundē σινδόνος βυσσίνης alicubi legitur. Gal. μὴ γυμνὸς κομιζέσθω, ἀλλ' ἐπιβεβλημένος σινδόνα μὴ ψυχρὰν, ἢ ἕτερον ἐπίβλημα. Qui locus nō male conuenit cum illo Marci, c. 14, περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ. Existimatur autē dicta σινδὼν quòd primùm in Sidone vrbe fieri cœperit. A Martiale dicta est Tyria propter vicinitatem vrbium Sidonis & Tyri. Item σινδὼν ἱστίου, apud Alciphr. τὴν τοῦ ἱστίου σινδόνα ὑποπεπτωκότες.

Σινιάζω, Cribro: & Σινιατήριον, Cribrum. Hesych. σινιάσαι exponit non solùm κοσκινεῦσαι, sed etiam σεῖσαι.

Σίνων vide in Σίσων.

Σινώπη nomen propriū fœminæ, necnon vrbis. Vide Etymologum: & huius libri tom.1, c.1395, e. Hinc Σινωπίζειν, Lasciuire, more Sinopes, scorti: cuius celebris erat lasciuia. Vel à Sinopensiū moribus est tractum. Est etiā adiectiuum Σινωπικὸς, ab vrbe Sinope. Vnde Σινωπικὴ μίλτος, Sinopicū minium, apud Diosc. Plinius & Sinopicum minium & Sinopidem appellat. Meminit Strabo, necnon Theophr. De lapid. sed corruptè apud eum legi, ὠπικὴν pro Σινωπικὴν, annotatur. Vide Μίλτος.

Σίξις,t.2,c.x1,b

Σίον,ου,τὸ, Sium, siue Lauer: herba aquatica foliis olusatri, quibusdam ἔνυδρος ἀναγαλλὶς, Aquatica anagallis. v.l. ex Dioscor.

Σιὸς, vide in Σιὼ, & in Σίβυλλα.

Σίπαλος, Impurus, item Deformis. vide Hesych.

D Σίπη, apud Aristot. De animal. lib.9, cap.16, corruptè legi existimatur pro σίττη, vel potius σίττα.

Σιπύη, Arca. Propriè autē Arca panaria sic dici existimatur quasi σιτοβίη, quia ἐν αὐτῇ τὰ σιτία ἐμβάλλεται. Exponitur etiam Arca aut vas ad asseruādam farinam: vt apud Aristophan. in Pluto dicitur esse plena λευκῶν ἀλφίτων. Hinc ὁμοσίπυοι à Charōda apud Aristotelem dicti sunt coniuges, quasi compenuarii, id est ex vno penu victitantes, & ex arca vna panaria: Polit. lib.1, non procul à principio. Affertur & Σιπυὶς,ίδος,ἡ, pro σιπύη: item pro pyxide. Σίραιον,t.3,c.755,a

Σίρβινον, Placentæ genus quæ Veneri apponebatur. Hes.

Σιρίασις vide in Σειρίασις. Σίριος οἶνος,t.3,c.755,b

Σιριῶ vide in Σειριῶ. Σειρομάστης vide in Σειρομάστης.

Σιρὸς, Scrobs in qua condita frumenta asseruantur. Alii scribunt Σειρός. Inuenitur scriptum & Σιρρὸς, apud Simplicium, Comm. in lib.2 φυσ. ἀκρ. vbi scribit, καὶ γὰρ ὀρύττει τις καὶ τοῦ φυτεῦσαι χάριν καὶ τοῦ θεμέλιον καταβαλεῖν, καὶ ὕδωρ εὑρεῖν, καὶ θησαυρίσαι, ἢ σιρρὸν ἢ τάφρον ποιῆσαι. Ab illo σιρὸς quidam σειρίασιν nomen accepisse putant: qua de re dictum est in Σειρίασις: vbi habes & Σειρός.

Σισάριον, Ornamētum muliebre aureum, in modum torquis. v.l. ex Hes.

Σίσαρον,ου,τὸ, Siser: olus cuius radix vesca. Est autem siser vnum erraticum, alterum domesticum. v.l. ex Dioscor. Σίσαρα vel Σίσαρον dicitur à quibusdam ἡ ἐρίκη. Gorr.

Σισμὸς,οῦ,ὁ, Stridor, qualis fit ex ferro candēte in aquam immisso. Vide Σίζω.

Σισύμβριον, Sisymbrium: herba est mentæ hortensi similis, odoratior, latiore folio. Quidam serpyllum syluestre vocant. Alterum eius genus est quod alii cardaminam, alii sion appellant. Vide Dioscor. Σίσυμβρα dixit Nic. in Theriacis, Καὶ μὴν καὶ σισύμβρα πέλει μειλίγματα νούσων.

Σίσυνον,ου,τὸ, Hasta. δόρυ. Hesych. Dicitur alioqui potius σίγυνον, aut σίγυμνον, necnon σιβύνη.

Σισύρα,ας,ἡ, Vestis barbarica ex pellibus caprinis, Rheno, seu Sagum pelliceum. Ponitur etiam pro crasso & villoso stragulo: Aristoph. Nub. ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος. vbi Bud. exp. Toralibus crassis. Affértque & ex Hippiatria, ἐσκεπασμένος σισύραις ἐξ ἐρίου. vbi reddit itidem Toralibus villosis. A Valla autem apud Herodotum ait exponi rhenonem. Quidam & Penulam interpretati sunt. Hinc Σισυροφόρος, Qui σισύραν gestat, Rhenone aut penula indutus. Inuenitur etiam Σισύργα,

necnon Σίσυς. Differentiam autem horum non magnam pete ex Heſychio & ſchol. Ariſtophan. Habet porrò & Σίσυρνον Heſych. Ab illo σισυρνα eſt Σισυρνιδῦται, Tegmine ſeu operculo ſpiſſo induti: de cancris dictum à Lycophr. in Alexan. Legitur & σισυρνώδης στολὴ apud Heſychium. Schol. Theocriti σισυείνια ſuo tempore dicta tradit quæ veteres σισύρας appellabant. In v.l. eſt etiam Σίσυρμα, & exponitur, τὸ ἐκ κροκίδων ῥαπτόμενον ἀμπεχόνιον, id eſt Ex flocculis lanæ concinnatum amiculum: vel, Ex aſſutis pannis reiicula, Lacera penula. Sed illa expoſitio Græca hanc interpretationẽ admittere non videtur.

Σίσων, ονος, ὁ, Semen exiguum in Syria, apio ſimile. Vide Dioſcor. Hippocrati Σίνων dicitur quod aliis Σίσων. Eſt autem herba quaternis conſtans ramulis, ſemen habens apio ſimile, nigrum, longum, feruentis naturæ. Quidam mentham aquaticam appellant, alii balſamitam. Gorr.

Σῖτα, t.3, c.788, f. Σιταγωγέω, t.3, c.791, b
Σιταγωγία, ib. Σιταγωγὸς, ib.
Σιτανίας, t.3, c.795, b. Σιτάνιον, t.2, c.1639, e
Σιτάνιος, t.3, c.795, b. Σιτανώδης, c.3, c.796, b
Σιτάρεον, t.2, c.1639, f. & t.3, c.795, a
Σιταρκέω, t.3, c.791, d. Σιταρκία, ib.b
Σιταρχέω, ib.e. Σιτάρχημα, ib.
Σιτάρχης, ib.d
Σιταρχία, t.3, c.207, e.ob. & c.791, e
Σίταρχος, t.3, c.791, d. Σιτέομαι, t.3, c.796, f
Σιτέσκομαι, ib.h. Σιτευτὸς, t.3, c.797, b
Σιτεύω, ib. Σιτέω, t.3, c.796, f
Σιτηγέω, t.3, c.791, e. Σιτήγονος, ib.a
Σιτηγὸς, ib.e. Σιτηρεσιάζω, ib.g
Σιτηρέσιον, ib.f. Σιτηρὸς, t.3, c.794, f.
Σίτησις, t.3, c.797, a.c. Σιτία, τὰ, t.3, c.796, b
Σιτίζω, t.3, c.797, c. Σιτικὸς, t.3, c.794, f
Σίτιον, t.3, c.796, b. Σιτισμὸς, t.3, c.797, c
Σιτιστὸς, ibid.d

Σίτλαι, Inaures, Polluci, Doricum eſſe dicenti. At ſuprà σίγλαι pro hoc ſignificato habuiſti, ex Heſychio: quam ſcripturam ſeries alphabetica in ea ſeruata confirmat. adeò vt potius ſuſpecta ſit exemplarium Pollucis fides. Apud Trallianum autem σίτλας interpr. vertit Situlas: ſed v.l. de ſitulis intelligendum eſſe tradunt quibus aqua in balneum affunditur iis qui lauantur.

Σιτοβόλιον, t.3, c.789, a. Σιτοβολὼν, ib.
Σιτοδεία, ib.b. Σιτοδέομαι, ib.c
Σιτοδόκη, ib. Σιτοδόκος, ib.
Σιτοδοσία, ib. Σιτοδοτέω, ib.d
Σιτοδότης, ib.c. Σιτοδοτοῦμαι, ib.d
Σιτοδόχος, ibid.c
Σιτοκάπηλος, t.2, c.66, d. & t.3, c.789, d
Σιτοκλονεῖσθαι, t.2, c.264, c. Σιτόκουρος, t.3, c.789, e
Σιτολογέω, ib.f. Σιτολογία, ib.e
Σιτολόγος, ib. Σιτομετρέω, ib.h
Σιτομέτρης, ib.f. Σιτομέτρειον, ib.g
•Σιτομνημονέω, t.3, c.790, a. Σῖτον, τὸ, t.3, c.788, f
Σιτονόμος, t.3, c.790, a. Σιτοποιΐα, ib.c
Σιτοποιϊκὸς, ib. Σιτοποιὸς, ib.b
Σιτοποιῶ, ib.c. Σιτοπομπεία, ib.e
Σιτοπομπία, ib.f. Σιτοπώλης, ib.

Σῖτος, Frumentum, &c. t.3, c.787, h. Σῖτος, Panis, &c. c. 788, b. Σῖτος, Pro quouis cibo, &c. ibid. d. Σιτὸς, Eſculentus, &c. c.789, a

Σιτόσπελτον, t.3, c.790, g. Σιτοφάγος, ib.
Σιτοφόρος, ib. Σιτοφυλακεῖον, t.3, c.791, a
Σιτοφύλακες, οἱ, ib. Σιτόχοος, ib.
Σίττα, t.2, c.x 1. c

Σιττακὸς & Σίττας vide in Ψιττακός.

Σίττε, t.2, c.x 1, d

Σίττη, Auis quædam. Secundum quoſdam ea eſt quæ alio nomine δρυοκολάπτης, teſte Heſychio. Gaza apud Ariſtot. Sitta vertit, Græcum nomen ſeruans.

Σιττύβα, Veſtis pellicea. Vide Heſych. qui exp. etiam ἱμαντέλιον.

Σίττυβος, Vaſis genus quoddam. Secundum quoſdam idẽ quod λοπας, vel κάκκαβος. Vide Euſtath.

A Σιτῶ, t.3, c.795, a. Σιτώδης, t.3, c.794, g
Σιτῶν, t.3, c.795, a. Σιτωνέω, t.3, c.792, a
Σιτώνη, ib.b. Σιτώνης, t.3, c.791, g
Σιτωνία, ib.h. Σιτωνικὸς, t.3, c.792, a

Σιφλὸς, Deformis. ſecundum quoſdam factum ex σίπαλος per ſyncopen. Item Mutilus, vel Oblæſus: necnon Debilis, Inualidus. Apud Apollon. Arg. lib.1, — γεινήνγε μὲν Ἡφαίστοιο, Τούνεκ' ἔην πόδα σιφλός. vbi ſchol. exp. κεκακωμένος: addens, οἱ δὲ τὸν κακόποδα καὶ ἐπιμωμητὸν ἀπέδωσαν. Sic autem Heſych. exponit præterea μωμητὸν, & ἐπίμωμον: B quinetiam κακόν. Ab eodem Σιφλὸς exponitur μῶμος: ſed ſcribendum eſt σίφλος accẽtu in priore, pro hoc ſignificato: vt etiam habet Suidas & ſchol. Apollonii. Lycii, teſte Euſtathio, ita vtebantur voce σιφλὸς, vt ναρθηκα dicerent eſſe σιφλὸν τὰ ἐντός. Ab illo porrò Σιφλὸς eſt Ἐπισίφλιος, de quo dictum fuit. Eſt item verbũ Σιφλόω, ῶ, Debilito, Inualidum reddo: aut etiam Ignominiam affero. Vide Euſt. & Heſych. At verò Σιφλώζω redditur Explodo, Exibilo: vt cum eo cõueniat noſtrum *Siffler*.

C Σιφνεὺς, Talpa, Lycophroni: teſte Etymologo: qui tamen non affirmat.

Σιφνιάζω, t.2, c.v 1 1, g

Σιφνὸς, Vacuus, κενός, Heſ. Vide Σίφνοι apud eundem.

Σίφων, Tubus & canalis, vt in ſalientibus. Latine etiam Siphon & Siphunculus. Item Σίφων, Inſtrumẽtum ex quo emittitur aqua in incendiis, ex Heſychio. Ad huius autem ſimilitudinem fiebat καθετὴρ, medicorum inſtrumentum. vnde σίφων pro καθετὴρ ponitur à Paulo, lib.6, cap.59, vbi corruptè ſcriptum συμφώνων. Meminit & D Gal. Meth. lib.5. Hæc ex v.l. vbi & iſta addũtur, Σίφων, ὁ διαβήτης, de quo ſuprà. Item, Inſtrumentum quo vtuntur in deplendis doliis, quum vinum diffunditur: quod Latini tranſuaſare dicunt, id eſt μεταγγίζειν. Alex. Aphr. Probl. lib.2, τὸν σίφωνα ἐκμυζοῦντες, ἕλκομεν τὸν οἶνον, vinum per fiſtulam exugendo attrahimus. Σίφων eſt & vas quo continetur triticum. Item, Vermis ſimilis formicæ: & culex Meleagro, in Epigramm. lib.7. Denique Σίφων dictus eſt & homo impurus ac libidinoſus. Vide de Σίφωνες & t.2, c.918, e, obiter. Hinc verbum E Σιφωνίζειν apud Poll. ex Ariſtoph. propriè de liquidis, pro Elicere, Extrahere. Ariſtoph. tamen dixit σιφωνίζομεν τὸν σῖτον. v.l.

Σιφώνιον, Herba quæ & βρῶμος dicitur, id eſt Auena. v.l. ex Dioſc. lib.4, cap.130.

Σιὼ, duali numero, Dii. Sic Lacedæmonii geminos, id eſt τοὺς Διοσκούρους, vocabant, Caſtorem & Pollucem. νὴ τὼ σιὼ, Per Geminos: apud Plut. in Apophth. Lacon. Vide Σιὸς in Σίβυλλα.

Σιωπάω, t.3, c.797, e. Σιωπὴ, t.3, c.798, g
Σιωπῆ, aduerb. t.3, c.799, a. Σιωπηλὸς, ib.c
F Σιωπηρὸς, ib. Σιωπικὸς, ib.d
¶Σκάζω, ib. Σκαιαὶ πύλαι, t.3, c.800, b
Σκαιεμβατεῖν, ib.c. Σκαιοβατέω, ib.
Σκαιόθεν, ib.e. Σκαιὸς, t.3, c.799, f
Σκαιοσύνη, t.3, c.800, e. Σκαιότης, ib.
Σκαιούελον, ib.c. Σκαίρω, t.3, c.802, c
Σκαιωρέω, t.3, c.800, d. Σκαιωρία, ib.
Σκαιῶς, ib.d. Σκαλαθάρβα, t.3, c.806, d
Σκαλαθαρβία, ib. Σκαλάθυρμα, ib.
G Σκαλαθυρμάτια, ib.c. Σκαλαθύρω, ib.a
Σκάλατος, t.3, c.808, c. Σκάλαυθρον, t.3, c.805, a
Σκάλεθρον, ib. Σκαλεία, ib.c
Σκάλευθρον, t.3, c.804, h. Σκάλευμα, ib.
Σκαλεὺς, t.3, c.805, a. Σκαλεύω, t.3, c.804, f

Σκαληνὸς, οῦ, ὁ, vt σκαληνὸν τρίγωνον, Scalenum triangulũ, cuius tria latera inter ſe ſunt inæqualia, inquit Euclides. Martianus definit σκαληνὸν, Quod omnes tres lineas inter ſe inæquales habet. Hermol. σκαληνὸν alicubi vertit ſcalarium. Quidam dictum putant à ſcala.

H Σκαλίας, Fructus cacti. vulg. lex. ex Theophr. Hiſt. plant. lib.6, cap.4.

Σκαλίζω, t.3, c.805, f. Σκαλὶς, ib.g
Σκάλισις, ib.f. Σκαλισμὸς, ib.
Σκαλιστήριον, ib.g. Σκάλλειν, t.3, c.804, b. & 805.b

Σκάλμη, Thracicus gladius. Vide Poll. qui ex Sophocle

A Σκαλμὸς, qui Lat. itidem Scalmus. Hinc etiam est vox Interscalmium.

Σκάλοψ, t.3, c.806, a. Σκάλοψ, t.3, c.804, d

Σκάλωμα, τος, τὸ, Gradus instar scalæ, vt vulg. exp. At Bud. gradus scalæ vocari à Polybio tradit σκάλωμα & κλίμα.

Σκαμβάλυξ, t.3, c.800, g. Σκαμβνείζοντες, οἱ, ib.

Σκαμβὸς, ib. e. Σκάμμα, t.3, c.806, g

Σκαμμάδες, Scorta. Hesych.

Σκαμμωνία, vel Σκαμωνία, Scamonea, vel Scammonium, Plinio. Sic apud Nic. Σκαμμώνιον. Idē, δάκρυ νεοβδάλτοιο καμμωνος dixit scammonii lacrymam, id est δακρύδιον Tryphano. v.l. Σκαμμώνιον dicta fuit à quibusdam & Capsia, vt tradit Dioscorides: quòd ea perinde atque scammonio corpora purgarentur. Hinc Σκαμμωνίτης οἶνος, Ex scammonia factum vinum, Diosc.

B Σκάμνα, Scamna, apud Isoc. vnde Σκαμνία, apud eundem, vulg. lex.

Σκανδαληθρίζω, t.3, c.802, b. Σκανδαληθρισμὸς, ib.

Σκανδάληθρον, t.3, c.801, g. Σκανδαλίζομαι, ib. e

Σκανδαλίζω, ib. Σκανδάλιθρον, t.3, c.802, b

Σκάνδαλον, t.3, c.800, g. Σκάνδαλος, t.3, c.801, c

Σκάνδεια, Galeæ quoddam genus: est & vrbis nomen.

Σκάνδιξ, ικος, ὁ, inter olera syluestria censetur à Græcis: Gal. similē gingidio facit. Eurip. σκανδικοπώλης dictus quòd eius mater σκάνδικος venditrix esset. Metroclis cynici abluentis σκάνδικας meminit Diog. Laert. in Aristippo.

Σκανδυκές, t.3, c.802, c

Σκανθαρίζω, vel potius Σκινθαρίζω, Medio digito nasum ferio. Hæc scriptura apud Hesych. & Eustathium, illa apud Pollucem extat. Sed Hesych. affert & Σκαρίζειν. Expositionem autem autoritate Didymi confirmat.

Σκαπανεὺς, t.3, c.807, e. Σκαπάνη, ib. d

Σκαπανίτης, ib. f. Σκαπάνιον, t.3, c.859, f

Σκαπέρδα, Ludi genus, in quo per foramen trabis erectæ & depactæ solo, traiectus erat funiculus. eo vnus auersus circundabatur, & alter pone stans caputque funiculi retinens, ita vi protrahebat, donec ad summum trabis eueheret socium atque suspenderet: in quo con sistebat victoria. Hoc σκαπέρδαν ἕλκειν vocat Pollux. Hesych. quoque eius meminit, aitque omne difficile σκαπέρδαν dici. sic enim ibi scriptum. Et Σκαπερδεύσαι, conuitiari. vulg. lex.

Σκάπτω, t.3, c.807, f. Σκαπτικὸς, t.3, c.808, c

Σκάπος, Ramus: & Ventus quidam. Hesych.

Σκαπτὴ ὕλη, t.3, c.807, d. Σκαπτὴρ, ib.

Σκάπτομαι, t.3, c.806, d. Σκαπτὸν, t.3, c.859, d

Σκαπτὸς, t.3, c.807, c. Σκάπτω, t.3, c.806, e

Σκάραβος, Fullo. Item Insectum quoddam Plinio, v.l.

Σκαρδαμυκτέω, t.3, c.803, g. Σκαρδαμυκτὴ, ib. f

Σκαρδαμυκτικὸς, ib. Σκαρδαμυκτὸν, ib. d

Σκαρθμὸς, t.3, c.802, d. Σκαρίζω, ib. g

Σκαρὶς, t.3, c.803, a. c. Σκαρισμὸς, t.3, c.802, h

Σκαριφάομαι, ῶμαι, vide in Σκάριφος.

Σκαριφεύω vide in Σκάριφος.

Σκαριφισμὸς vide in Σκάριφος.

